

V 9  
5844a









QK. 191. 4

Vg  
5844a

De  
**PATHMO LU-**  
**THERI**

**IN ARCE WARTEBURG**  
**PROPE ISENACUM,**

**ANIMADVERSIONES HISTORICÆ**  
**Adversus Card. Pallavicinum aliosq; histo-**  
**riographos Romanenses.**

PRAESIDE V. C.

**CHRISTOPHORO CELLARIO,**  
**HISTOR. ET ELOQU. PROFESS. PUBL.**

*publico eruditorum examini*

Ad d. XXIX. Februar. A. M DC. XCVI.

*obtulit*

**AUGUSTINUS ANTONIUS, Z. L.**

---

*tertium excusæ, & auctæ nunc notis Theolo-*  
*gicis, adversus scandala hodierna ecclesiastica, apud dociles &*  
*equas mentes usum suum certo habituris.*

---

Pf. CVI. 13.

*Festinanter obliti sunt operum Domini, non perdurarunt ad confi-*  
*lium ejus.*

---

A. 1700. HALÆ MAGDEBURGICÆ,  
Literis CHRISTIANI HENCKELII, Acad. Typogr.

62





VIRIS  
ΘΕΟΦΙΛΕΣΤΑΤΟΙΣ PLURIMUMQUE REVE  
RENDIS

PAULO ANTONIO,

SS. Theol. D. & P. P. in alma Fridericiana  
Ordinario, & Consistorii Duc. Magd. Consiliario,

*Fratri meo, Parentis loco ætatem  
deveniendo,*

ET

SEBASTIANO

SCHRAMMIO,

Ecclesiæ Ifenacensis Patriæ Ministro  
quam fidelissimo,

*Fautori longe desideratissimo,*

tertiam hanc editionem

In perpetuum testimoniū debitæ pietatis

Halæ Magd. M D C C. die  
Iunii xxv. quo annis ab hinc  
centum & septuaginta præ-  
lecta fuit Augustana confes-  
sio in comitiis Imperii.

cum omnigenæ prosperitatis voto  
pariter

D. D. D.

M. AUGUSTINUS ANTONIUS.







Q. D. B. V.

§. I.



# Xercitatio historica

*de Lutheri Pathmo* quando nove nunc prodit, inspersis notis quibusdā, & asteriscis *theologicis*, alludentibus hinc inde ad nostri temporis circumstantias: rogamus benevolum lectorem, ne dedignetur loca Scripturæ, quæ ut suo modo parallela nude assignata sunt, si quando ipse hæreat, legere, atque rite sic evoluta applicare in suo genere.

§. II. Ecquis verò per Lutheri Pathmum *locus* hinc designetur, jamjam docet prima pagina & inscriptio; arx nimirum *Warteburg*, prope *Isenacum*, celebre Thuringiæ oppidum, sedem hodie Ducis Saxoniae Serenissimi IOH. WILHELMI. *Analogia* appellationis petitur in certo tertio, ab insula quadam ex Sporadibus maris *Ægei*, *Pathmo* dicta, in quam S. Evangelista & Apostolus Ioannes, ob *testimonium* divinæ de Christo veritati præbitum, imperante Romanis T. Flavio Domitiano, relegatus esse traditur Apoc. I, 9.

§. III. Nimirum & Lutherus, publice *confessus* Christi puram doctrinam A. O. R. M. D. XXI. in Comitibus Wormatiæ, iubente Imp. Rom. Carolo V. augustissimo, edicto ve solemni, nomine Cæsaris atque Imperii ibidem proscriptus, secessum eum, quo iussu FRIDERICI III.



cognomine sapientis, Electoris Saxoniae laudatissimi, ministris quibusdam ex nobilitate secretioribus, conspectui hostium publico per aliquot menses subductus est, *Pathmum* suam appellare voluit; quodam etiam ad Apocalypsin Iohanni in Pathmo factam habito respectu, ceu profitetur ipse T. I. Ien. G. ad Franciscum a Sickingen f. 501. daß ich dieweil in dieser (Apoc. XII, 6.) Wüsten / und in meiner Pathmos / nicht müßig sey / hab ich mir auch ein Apocalypsin geschrieben ic.\*

\* *Alio sic modo confectum post fuit id, quod Electorem per Deg. Pffessingerum moneri iusserat Maximilianus I. Imper. qui Carolum in imperio anteivit, cum legisset ipse A. 1518. Augusta in Comitibus theses Lutheri, indulgentiis istis, abusibusque abolitionis oppositas: Er sollte den Münch fleißig bewahren es möchte sich zutragen / daß man seiner bedürffte.*

§. IV. Missam igitur nunc facimus *Pathmum*\* illam *Coburgensem*, in qua noster post nouem annos, MDXXX, tempore exhibendae Carolo V. Augustanae Confessionis, aliquandiu penes Francos delituit, ut praesto esse posset Confessoribus Augustanis, siquidem ejus consilio uti vellent. nisi quod *Coburgensem* hanc, ex causa illius *Pathmi Isenacensis*, quadam nempe adhuc videlicet *Wormatiensis* residua (quo Augustam *Vindelico-*rum intrare cum aliis Confessoribus, & sub ipsius Imperatoris quasi conspectum venire vetabatur) ortum habere videri indicandum hoc loco est.

\* *Matthesius in vita Luth. p. 151. da D. Luther zu Coburg in seinem Pathmo lag &c. conf. T. 9. Altenb. f. 1578. T. 5. f. 166. & Tom. 5. Ien. G. f. 23. b. 40. a. 43. b. 44. a. 76. a. 116. a. 118. a. 120. b. 121. a. 125. a. 146. a. &c. De heroico illo, Eine feste Burg / eo tempore concepto, omnes novimus. singularia alia notavit ex Chytrao & Celestino D. Val. Alberti in Wiederlegung des Wienerischen Buchs: Augustana & anti-Augustana confes- sio. in der Vorrede §. 28. 29. 30. & postea p. 8.*

§. V. Ut



§. V. Ut autem rem ab ovo, quod ajunt, ordiamur, cum Lutherus WORMATIÆ ( quorsum Wittebergâ magno profectus erat periculo ) moveri nullo consilio humano posset, ut intra certum tempus, Cæsaris præfinitum autoritate, *revocaret* ea, quæ divinis ex scripturis hausta fuisse asseveraverat; Carolo quantumvis datâ Lutherô *fidem publicam*, ex æquo, & bonorum omnium voto, (neglectis consiliis aliorum *de fide non servanda hereticis*) laudabili exemplo servante: effecit tandem Hieronymus Aleander, Nuncius Romani Pontificis Leonis X, confitente ipso Pallavicino parte I. Hist. Conc. Trid. c. 28. n. 1. 7. ut contra Lutherum, *post elapsam viginti (& unius) dierum terminum, ubicunque deprehensus fuerit, procedere* Imperator, d. 8. Maji vel potius d. 26. ejusdem, suo & publico Imperii nomine jufferit; verbis iis retentis omnibus quæ ad subscriptionem Aleander ille obtulerat.

§. VI. Cæsareæ huius *proscriptionis* cum certior factus esset Fridericus Sapiens, qui jam corpore infirmior WORMATIÂ discesserat cum pluribus Principibus; quemadmodum is ante comitia Luthero de *fide publica* diligenter prospexerat; ita & finitâ hoc pacto publicâ audientiâ, eo magis consilia inire cœpit de *occultando* Luthero; saltē usque dum Imperator ex Germania discederet. Confusus, temporis aliquo tractu, faciem rerum (volente Deo propitio Patre nostro cœlesti, cujus sane providentiæ hac in re erat Elector observantissimus) iri mutatum. præsertim cum alii etiam Principes ægre ferrent, ipsis insciis, tale edictum, ab Aleandro, dictione nimis aspera in virum, cui iam tum plures faverent, causâ eius sincerius cognitâ, efformatum, legi publice; die etiam promulgationis retracto, dicis causâ, ad diem Maii octavam, vt omni-



mnium ordinum suffragiis approbatum edictum fuisse, videretur. ipse Lutherus quam sæpissime doluit, tantum Imperatorem, suo ipsius damno, victum humanis consiliis, Aleandro similibusq; tantum permisisse. Prov. xxiv, 11. 12. 16. Jer. XIII, 21. Hof. V, 11. Dan. VI, 8. 9. 13. sq. Matth. XXVIII. 14.

§. VII. Notum autem est in omni historia, quam sollicito & plus quam circumspetto, in istis etiam rebus, animo, quaque in Imperatorem & Imperium fide non fucata, & modesto summæ suæ autoritatis usu, fuerit Fridericus Sapiens. Hinc optimo animo, & absque omni perfidia aut læsione conscientia, ipsa potius conscientia ad normam verbi diuini pectus Germanum impellente, & pro statu Germaniæ, mandavit Iohanni a Berlepsch Præfecto Wartburgensi, & Burckhardo Hundio Altensteinii Dynastæ, ut Lutherum loco aliquo concluderent, quem ipse sibi omnino taceri vellet; agitatis prius Wormatiæ similibus consiliis cum equitibus Friderico Thunauio, Philippo Feilitschio, & Canonico Altenburgensi G. Spalatio.

§. VIII. Quod & factum suo tempore per omnia, ut fuerat imperatum. Reuerterat Lutherus Wormatiâ Isenacum, ubi & concionem habuit, *sed timido Parocho, & Notario, testibusque presentibus, coram ipso protestante, humiliter tamen excusante necessitatem hanc ob metum tyrannorum suorum,* ut ipse scribit T. I. epist. p. 328. hinc deflectens ad pagum Möre, \* ubi apud Iohannem Lutherum, parentis sui fratrem, pernoctatus erat (& honesto consanguineorum amore, & quia familiam inde duxerat) trans sylvam circa tractum Salzungensem cum ad Walterhausen tenderet, *solvens a propinquis suis:* prope arcem equitum

Edit. Bero-  
lin. A. 1579.  
Studio G.  
Caestini.  
Tom. I. Isleb.  
f. 43. b.



tum Hundiorum Altenstein, & vicum Schvveina, ad ra- *Seck.l.1.hist.*  
 dices sylvæ Thuringiacæ, Vierram amnem versus sitæ, *Luth.p.159.*  
 cum tribus vel duobus equitibus, in via quadam anfra- *& l.2.f.80.*  
 ctuosa incerceptus die 4. Maji, retro inde circa mediam *(6) 180. Sa-*  
 noctem, per sylvas in arcem Wartburg vel Wartenburg *gitt. in vita*  
 supra Isenacum in altissimo montium vertice constru- *Spal.p.51.*  
 ctam, vetustissimam Landgraviorum Thuringiæ fe-  
 dem, & S. Elisabethæ habitatione, aliisque casibus no-  
 tam, conclusus est.

\* *vel Mera, qui pagus subest hodie Duci Saxonie Meiningensi BERN-*  
*HARDO, ERNESTI PII F. habitantibus ibi incolis quibusdam*  
*rusticâ pronunciatione, Luder dictis ex Lutheri familia. Ipse ve-*  
*ro Lutherus l.1. ep. 139. commemorat, parentes suos prope Isena-*  
*cum vixisse, & inde Islebiam migrasse.*

§. IX. Audiamus ipsum in mediis curis & langvo-  
 ribus corporis lepide narrantem sua Lutherum: *Frater*  
*meus equites in tempore videns, a curru se subtraxit, & in salu-*  
*tatus Walterhausen pedestris vesperi venisse dicitur, ita sum*  
*hic exutus vestibus meis, & equestribus indutus, T.1. ep. c.l.*  
*longo itinere, novus eques, fessus, hora ferme undecima ad man-*  
*sionem noctis perveni in tenebris. p. 326. liber inter captivos*  
 (qui forsan eo jam tempore custodiri in arce Warten-  
 burg solebant, uti hodiernum teneri ibi solent, in ipso  
 etiam illo conclavi, quo Lutherus fuit collocatus) *ibid.*

§. X. Ab eo tempore in epistolis ad amicos ex *Path-*  
*mo, modo ex Insula Pathmo, modò ex eremo, Lutherus*  
*scribit, modò ex Pathmo mea, ex loco peregrinationis meæ, ex*  
*loco meo T.2. Ien. Lat. f.280. Witt. lat. f. 213. Tom. 2. ep. p.*  
*9. inter volucres de ramis suaue cantantes, Deumque totis vi-*  
*ribus laudantes die ac noctis T.1. ep. p.332. ex regione avium*  
*ibid. p.325. ex regione volucrum p.326. ex regione aëris ibid. ex*  
*monte p.328. plura non habeo, cum sim eremita, anachoreta,*  
 vere-



vereque monachus, sed neque rasurâ neque veste (ordinis) Equitem videres, ac ipse vix agnosceres p. 331. nihil habeo quod scribam, eremita tandem verus p. 341; ad ordinem eremitarum S. Augustini, cui adscriptus erat (Conf. Seckendorff l. i. hist. Luth. f. 19. n. 7.) & ad rationem loci, in omnibus hisce cognominibus, respiciens.

§. XI. Ad Nicolaum Amsdorfium quidem (Lutheri prius, & postea inclyti Principis atque Confessoris Iohannis Friderici, Ienâ Isenacum ex diuturna captivitate reuisuri, Comitem, cuius monumentum ad facellum ædis Georgii erectum *Isenaci* conspicitur) varia id temporis Lutherus misit, quæ, quamdiu Pathmus illa quædam quasi Utopia fuerit, jucunde tradunt; *Scripseram ad vos omnes, mi Amsdorfi, sed consule meliore audito, discerpseram penitus, quod nondum esset tutum literas emittere.* T. i. ep. p. 326. & ad Spalatinum, qui pariter comitiis adfuerat VVormatiæ: quod nondum ad te scripsi, consulto factum est, ne recens fama captivitatis meæ, causa cuiquam esset intercipiendi literas. Hic varia de me narrantur: invalescit tamen opinio, me esse ab amicis captum e Francia (seu Franconia) missis. Cras tempus datæ fidei Cesaris expirat. ad arcem Altenstein captus sum, Amsdorffio id necessario sciente, me esse alicubi capiendum; sed locum ignorat custodia meæ. p. 327. 328. & T. 9. Altenb. pag. 1569. (Amsdorfium enim, quo pacto avulsum a se Lutherus T. i. ep. p. 326, dicat: illustrat Matthesius conc. 3. in historia benevolæ illius invasionis: *Der eine Knecht, blâuet den Fuhrman / und treibet ihn fort / so Ern Amsdorff fortführet / biß sie dem Gefangenen einen Gepner,* (quod vocabulum de vestibus equestribus ex §. 9. debet intelligi) *umbgeben* &c. p. 28.) *Iuniori Principi* (Ioh. Fridericum innuit, ut colligere licet ex laudatis epistolis p. 333.)  
novissi-



novissimis literis non respondi, quod non patebat locus, nec puto  
necessarium, ne multiplicatis literis & loci secretum prodatur,  
occasione quapiam T. I. ep. 334; cujus epistolæ festiva sub-  
scriptio est: *ex Insula Pathmo d. 10. Jun. A. MDXXI. Henricus  
nescius. Placet (ita alibi Lutherus) illustrissimo Principi no-  
stro, nondum esse notum locum meum Tom. 2. ep. p. 6.*

§. XII. Vtcunque vero celabatur *locus occultatio-  
nis*, ejus tandem fama forte divinatrix quoddam fecit in-  
dicium; ut constat ex iis, quæ scripsit aliquando Luthe-  
rus ad Amsdorfium: *quod scriba ille (duobus enim Secre-  
tariis, Hieronymo Rudolpho, & Iohanni Veihelio, non-  
nihil consilii VVormatiæ habiti innotuerat) famam fece-  
rit me esse in Wartperg, permitte. neque enim ubi sim, Princi-  
pes ipsi sciunt: quanto minus scriba ille? T. I. ep. p. 338. ite-  
rumque ibidem ad Spalatinum, qui Friderico a secretis  
fuerat, in istis comitiis, cui & familiaris hâc in re com-  
mittere sese poterat Eremita noster, quoniam Elector  
ipse jam Wormatiæ per hunc, consilii quid de se abden-  
do, significari voluerat: scribit Amsdorfius, quendam scri-  
bam Ducis Johannis scripsisse ad Torgensem mulierem, me esse  
in arce Wartperg, hinc natum eum rumorem, imo auctum ubi-  
que. persuadebit hic rumor, quod ex aula venerit, sive ille vere  
scierit, sive divinarit; ut frustra celaverimus hanc rem,  
tanta felicitate. Sic Satan insidiatus rem prodit. Sed  
& ex hospite meo intelligo, nimis constanter id asserti ubi-  
que, ut jam celari res non possit amplius: et si nos adhuc fortiter  
celamus, indignantes, nostram fidem, felicem operam, leviter  
frustrari p. 341. ad eundem: Dux Johannes Senior tandem  
novit, ubiagam, hætenus ignarus, hospes meus clam ei aperuit:  
sed bene tacebit p. 356. Vestigia autem divinantium legit  
Lutherus, Spalatino denique confessus in literis familia-  
ribus: *Audio rumorem spargi, mi Spalatine, Lutherum agere**



in arce *Wartperg* apud *Isenacum*, atq; id homines suspicari facit, quod illic in sylva captus sim. sed dum illi sic opinantur, ego interim hic tutus lateo, modo fratribus fides ad sit, qui circum me sunt. si me libri editi prodent, mutabo locum. mirum quod *Boëmiam* nemo nunc cogitat T. 2. p. 9.

§. XIII Mirum non est, incertâ adhuc famâ loci, in quem subductus is ferebatur, in notando loco ex *Seck. l. c. f.* monibus tunc sparsis erratum fuisse. Notâ tamen nunc aliquâ digni forsan sunt illi, qui ex instituto contexentes historias, rebus in omne vulgus notis, nihilominus in hodiernum usque diem cum *Cochlæo*, *Pallavicino*, *Maimburgio*, *Natali Alexandro* T. 23. H. E. ed. prim. p. 464. *Varillasio*, pro arce *Warteburg* prope *Isenacum*, arcem *Vestberg*, *Westberg*, *Wastburgum* prope *Altstet*, alii ipsum *Altstet*, varios inter errores alios, substituunt.

*Acta Ev.*  
*Lips. 1686.*  
*p. 511.*

§. XIV. Sunt, qui octo viris, sunt, qui paucioribus compertam hanc *Lutheri* cryptam, fuisse tradunt. sunt quoque, qui Pontificem Romanum *Leonem X*, magos de loco isto consuluisse memorant, Autores non contemnendi. \* quorum quidem bonam fidem in dubium vocare nolumus, qui & hodiernum satis superque novimus, quid valeant odia sangvinolentorum, pro vitæ hujus lautitiis & honore omni modo militantium, in tanta, proh dolor! animorum corruptione & malitia. Malumus tamen nunc ea commemorare & excutere, quæ magis sunt obvia, & minus a captu vel præsumptione hominum remota, quæque ex ipsis adversariorum scriptis petere licet.

\* *Chytraeus parte I. Saxon. p. 580. Letus in Comp. p. 373.*

§. XV. Cogitari enim facile potest, varios rumores hac de re inter adversarios aliosque \* omnes fuisse sparsos. Quæ §. 6. & 11. allata sunt, conveniunt utique hæc-  
ete-



Et enus cum iis, quæ, diverso licet fine, Pallavicinus re-  
fert, *confestim raptus nuncios Wormatiam pervenisse, ple-  
que ac imprimis Casarem, suspicatos, eum nequaquam ab ad-  
versariis captum, sed ab amicis subductum, ne in primo estu e-  
dicti: j im imminentis, gravius aliquid pateretur* c. l. f. 44. Si  
verum est, utrumque Pontificis legatum, Martinum Ca-  
racciolum, & Aleandrum, Wormatiæ in magnum vitæ  
discrimen adductos, eo quod blatero quidam mentitus  
fuerat, visum a se suis ipsius oculis Lutheri cadaver trans-  
fossam, repertumque in argenti fodina sepultum; sive,  
quod quererentur nonnulli, Lutherum violata fide pu-  
blica in vinculis detineri: agnoscit ipse Pallavicinus, re-  
rum statu perturbato, *semper & ubique in promptu esse e-  
jusmodi spermologos, quorum ineptiæ in odium causæ  
ipsius valere haud quaquam debent.* De ipso Impera-  
tore, in suspicionem quandam rumoribus ejusmodi ad-  
ducto tanquam de certa injuria, conqueritur Eustachius  
**Eisenhut** / Dominicanorum apud Augustanos Ordinis  
Monachus, in libello recentissimo p. 67 sq. quem inscrip-  
sit **Evang. Possumen Widerhall**. Utinam qui ægre,  
ferunt tales fabulas cum periculo securitatis publicæ, a-  
gnovissent pariter, redire potius *culpam* omnis mali ad  
eos, qui summa *malunt* misceri imis, *quam ut* piis deside-  
riis, publicis omnium bonorum querelis, castæque veri-  
tati, in corde suo, adeoque & ipso opere, justisque reme-  
diis relinquunt locum. Nostrum sane Lutherum alie-  
no animo fuisse a diris istis agendi rationibus, infra §. 24.  
probabitur.

\* Nic. Gerbelii *ICti* epistolam MS. insignem hic exhibet Seckend. c.  
l. f. 161.

§. XVI. Majoris momenti videtur, quod in unum  
omnes Romanenses contendunt, hanc Lutheri subdu-  
ctionem fuisse in *fraudem edicti* Wormatiensis publici su-



sceptam. Verum enim vero, si quis præter ea, quæ §. 5, 6, 7. adducta sunt in medium, & porro adducentur, rite expendere, qua ratione quisque secum ipse, si hîc esset, constitutus in angustiis, agi cuperet in tali causa; quo ve animo declament tale quid adversarii, lubentioribus scilicet auribus fata Lutheri miseri ex Roma, quã ex Pathmo Saxonica percepturi: si consideretur, quam *obreptitie* editum istud longe durissimum, Aleandri & Pontificiorum artibus impetratum, extortum, publicatumque fuerit: de Friderici profectò conscientia, tot casibus satis superque exercita, & secundum jura divina, nec non officium liberandi innocentem hominem, examinata, longe iudicabit mitius, neque Principem Imperio tam fidelem tamque Germanum, ullius fraudis aut ullius abusûs libertatis Germanicæ infimulabit. Act. XVII, 6. 7.

Indigna plane Pallavicini ingenio ratiuncula illa est, Sarpîi Servitæ assertionem, (*quod in Conventu proposuerint nonnulli, Lutherum esse interficiendum, nulla fidei publice habita ratione, & per unicam fidelitatis iacturam parta Christianæ Reip. tranquillitate*) ideo veri dissimillimam esse, magna ut solet voce judicantis, *quoniam ejus nulla prorsus in literis Aleandri ad Principem suum P. R. habeatur mentio* c. l. f. 45. Joh. VII, 20. 25. Act. V. 28. Quod si enim oblitus fuerat Pallavicinus fidei Constantiensis, hîc a Sleidano l. 3. p. 39. sq. jure merito revocatæ in memoriam: meminisse certe debebat, lectoribus suis prius sese confessum esse, Aleandrum studuisse omni modo impedire, ne fide publica Luthero Wormatiam venturo, utpote a R. P. jam damnato, caueretur l. i. c. 26. n. 5. Hist. Conc. Trid. f. 41. Joh. XVIII, 30. Jer. XXVI, 11. Act. XXIV. 5. Quid? quod ipse Pallavicinus, si nullius violenti consilii *suspectos* suos haberi voluit, ibidem *morem libertatis Germaniæ, qua in re dubia mitiorem sequantur rationem damnandi*, laudare



laudare potius, quam virgula quadam notare debebat.

§. XVII. Fridericum quidem ad supremi directionem Numinis hinc humili animo respexisse testantur ea, <sup>accomm. 1.</sup> quæ in Johannis Fratris, de fama Martini subducti admo- <sup>Reg. XVIII,</sup> nentis, sinum d. 21. Maji effudit: *Rumores de captivitate Lu-* <sup>4.13.</sup> *theri etiam hinc varii sparguntur, multique, ut audio, egre il-* <sup>Seck. c. l. f.</sup> *lam ferunt. Pontifex novam excommunicationem contra eum* <sup>158.</sup> *publicavit, & hic severa mandata cuduntur. Faxit DEUS, ut agantur, quæ recta sunt!* paulo ante, d. 23. Aprilis & d. 5. Maji: *Si in viribus meis positum esset, promptissimus forem ju-* *vandi Martinum in iis, quæ jure petere posset. Credas tamen* *mihî, ita me urgeri & a talibus, ut miraturus sis, si id narra-* *vero. nihil aliud agi videtur, quam ut in exilium pellatur. Qui-* *cunque ullo modo illi benè cupere deprehenditur, pro heretico* *habetur. DEVS ista in bonum vertat! & profecto justam* *causam non deseret. quomodo dimissus sit, propediem scribam.* *Martini causa in hoc versatur, ut in exilium ejiciatur. nullum* *contra hæc est remedium; eventus tamen stat penes DEVM.* *si ad te, Deo juvante, pervenero, mira narrabo: opus est DEI,* *non hominum. credas velim, quod non solum Annas & Caiphas,* *sed & Pilatus & Herodes Luthero adversentur. confer. H.* *Höpfneri Saxoniam Evangelicam p. 100. sq. 83. 79.*

§. XVIII. Lutherum autem *juste* delituisse, multo <sup>Seck. l. 1. p.</sup> minus dubitari potest, quippe qui prudentiæ & potestati <sup>157.</sup> politicae obsecutus potius est, quam suo consilio vel in- <sup>162.</sup> stinctu proprio a conspectu hominum remotus, & cum <sup>176.</sup> Fridericus jam Wormatiæ offerri ipsi jussisset asylum, <sup>147.</sup> quoddam clandestinum, legitur is istud non nisi *in bono-* <sup>156.</sup> *rem Electoris* acceptasse, *wolte lieber frisch dran gegangen* <sup>l. 2. f. 180.</sup> *seyh.*

§. XIX. Cæterum quis Luthero hac in re *character* *animi*, qui motus fuerint *interiores*, quæ considerationes; quam



quam optime ex ipsius constabit *epistolis*, quas toties allegari, nemo facile vertet nobis vitio, qui novit *familiarium epistolarum* insignem usum in judicanda *veritate* historica. Maxime, cum constet, Lutherum adeo aperte, adeo ingenue, & ceu vulgo existimant, plusquam aperte, animi sui sensa edidisse; tametsi epistolas paucas eo animo scripsit, ut ederentur. Ita noster Philippo Melanchtoni, *Euangelista* (ut eum aliquoties tum appellat) *Wittenbergensis Ecclesiae*: *quid interim facis, mi Philippe? annon pro me oras, ut secessus iste, quem invitus admisi, operetur aliquid majus in gloriam DEI? atque adeo, quomodo tibi placeat, scire cupio. verebar ego, ne aciem deserere viderer: nec tamen patebat via, qua volentibus & consulentibus resisterem. Nihil magis opto, quam furoribus adversariorum occurrere objecto jugulo. T. I. Ep. pag. 324. qui in tractando verbo nunquam mea voluntate versatus sum, ita cum magna cordis pace exclusus sum -- ceterum pro verbi gloria, & aliorum, & mea tua confirmatione, mallem inter carbones vivos ardere, quam solus, semivivus atque utinam non mortuus! putere. verum quis scit, & an eo consilio plus promovere velit Christus, non in hac tantum, sed in omnibus causis? p. 330. nos exire oportet de terra nostra, de cognatione nostra, de domo Patris nostri, & ad tempus separari in terram, quam ignoramus -- non deposui spem ad vos redeundi: Sic tamen, ut faciat DEUS quod bonum est, in oculis suis, p. 331. a. Vide, ne nimio carnem invicem sapiamus, & magis presentiam carnis quam Spiritus sapiamus. ego paratus sum ire, quo Dominus volet, sive ad vos, sive alio. de reditu meo nihil scio prorsus: Scis in cujus manu situm sit. p. 338. Act. XXI. 14. Sic scripsit G. Spalatino: Si alibi etiam docerem, cum ubique sit Christus, idem foret, ac si Wittenbergæ docerem; Quanquam non ambio neque cathedram neque suggestum: nec uspiam concedam eo nomine, nisi fortiter vocatus: Scio non esse Doctorem ex DEO, qui sua sponte venit.*



nit. *Hactenus fugi docendi munus, nemo speret, me alium sensum habiturum: semper fugiam. Si enim ambivissem, non in hanc solitudinem consensissem unquam.* p. 342. 334. 271. Item Johanni Agricolaë Islebio: *ego mirabilis captivus, qui & volens & nolens hic sedeo: volens, quia Dominus ita vult: nolens, quia optem in publico stare pro verbo: sed dignus nondum fui* p. 325. Act. V, 41. 39. 29.

§. XX. Huc facit, quod Lutherus ibidem paulo ante Spalatio responderat ad Electorem. Anno 1520. d. 21. decembr. se omnino venturum (ad comitia) Cæsarisque vocationem pro *divina* habiturum esse. Si autem vis fiat, sicut verisimile sit, DEO commendaturum esse causam, qui tres pueros in fornace ignis servaverit; si vero servare nolit, parvam rem esse caput suum. Dan. III, 18. Ier. XXXVI. 14. XXXVI, 26. Philipp. I, 20. seqq. *nostrum certe definire non est, (modeste pergit, in pie detegendis consiliis atque cogitationibus cordis sui) ex vitane, an ex morte mea plus minusue periculi sit oriturum* Euangelio & publicæ saluti: -- omnia de me præsumas, præter fugam & *palinodiam* &c. p. 297. dimissus autem Wormatiæ dixit: *sicut Domino placuit, ita factum est, sit nomen Domini benedictum!* de illo Lutheri, quæsit; *wo Er bleiben wolle?* & respondentis, *aut in cælo, aut sub cælo* T. I. Altenb. pag. 150. b. similibusque casibus, videsis V Volffii memorab. cent. 16. f. 761. T. I. ep. Luth. p. 168. 174. 178. 228. 262. 275. 283. Mülleri Luth. defens. p. 360.

§. XXI. Etiam quæ Lutherus, circa edictum & similia, pro Conscientia, qua & Principum *vero* bono obstructum sese sensit, ex Pathmo sua, & antehac, admonuit, ea neque Theologo, neque fidei ciue, & heroe tanto; diuinitus præ aliis ad testimonium veritatis euocato, indigna sunt. Ier. XXXVI, 18. Dan. VI, 22. Sancto certe affe-



affectu ante, quam vocatus proficisceretur W ormatiam sollicitudinem & fidem suam pro Cæsare testabatur, ad familiarem scribens: nostræ nunc curæ id unicum est officium reliquum, vt oremus Dominum, ne Caroli Imperium in meo aut ullius sanguine, pro impietate tuenda, *primas* operas cruentet, malleme me, quod sapius dixi, in solis Romanistarum manibus perire, ne ille, cum suis in hanc causam *inuolueretur*. (Ier. XXVI, 16.) Scis, quæ miseria Sigismundum Imp. post occisum Huls consecuta sit &c. T. I. ep. p. 297. -- si tamen ita fieri oportet -- fiat voluntas Domini, Amen! quid adeo mirum, Lutherum post a Cæsare proscriptum ex eremo doluisse? *Carolus impetibellis, nihil mirum*, nihilque vndequam habebit prosperum, & cogetur *aliena* impietatis pœnam soluere, infelix iuuenis, quod veritatem W ormatiae malis consultoribus in faciem sic repudiarit; & Germaniam involvet calamitas sua quoque, quod impietati *consensit*; Dominus autem suos agnoscat. p. 341. (Ier. XIII, 21. XXXVIII, 5. 9. 15. 24. Dan. VI, 14. 18. 23.) Spalatinus scribit, edictum tam sævum cudi, ut sub conscientiae periculo sint *exploraturi* orbem super meis *libellis*, ut cito interitum sibi comparent. Ita *συμπάσχω* alia *ibid.* p. 324. 326: cras tempus datae fidei Cæsaris exspirat. quod illos scribis, tam rigido edicto sæuituros, etiam in *conscientias explorandas*. doleo, non pro me, sed quod malum in caput suum imprudentes illi accersunt, & tanto odio sese onerare pergunt p. 327. 331. 333. 334. 322. 318. Ier. XXIX, 25. 26. seqq. Luc. XI, 53. 54.

§. XXII. Neque odiose adeo exaggerari debebat a Pallavicino l. I, hist. C. T. c. 28. n. 2. quod Lutherus Friburgi fecialem *dimisit* cum literis ad Cæsarem, subdens *eo sibi* amplius haud *opus esse*. *Creditum est*, ait ille, *fastu* quodam



dam id a Martino peractum, quasi *semet ipso* satis esset ar-  
 matus: sed revera id egit, ne per concinnatum ab eo fa-  
 cinus - - - necesse foret custodiam Cæsaream violare, &  
 quo magis fieret verisimile, sibi eo munimine spoliato a  
 suis æmulis vim factam f. 44. & n. 3. sylvam ( vt Isenaco  
 egressus erat ) ingressurus, multos ex equitibus dimittit,  
 qui ad eum præsidii causa convenerunt. alios e comiti-  
 bus præmittit, specie hospitii opportune parandi: ita,  
 quam maximè potuit, incomitatus arripit iter per syl-  
 vam. illic duo nobiles, viri Friderico fidelissimi, homi-  
 nem inuadunt, ore personato, curruque prohibito, deje-  
 ctoque, ut imitarentur hostes, in solum aurigâ, & ver-  
 berato, per vim simulatam abripiunt Lutherum &c. f.  
 44. ita vanis *suspicionibus* certat Societatis Jesu, quam vo-  
 cant presbyter cum fociis! 2. Cor. XII, 16. X, 2. I. 12. 17.  
 Matth. XXVIII, 13. quid non hac ratione iudicii feren-  
 dum foret de illo Pauli *Act. XVI. 36. 37?* vel de illo Esræ VIII,  
 22. 23. aut Nehemiæ VI, 11. aut ipsius CHRISTI *Luc. XIII,*  
*31. 32.?* quantum mihi licuit intrare historiarum campos,  
 comprobata invenio ejusdem Caduceatoris Cæsarei,  
 Casparis Sturmii, civis Oppenheimensis, viri honesti  
 (quem Maimburgius *totum jam Lutheranium* cum indi-  
 gnatione appellat, eo quod Lutherum VVormatiam  
 tendentem *concionari pro lubitu Erfordiæ permiserit* Joh.  
 VII, 52. 46. 47. 35. 1. Sam. XX, 30. XXII, 8. 13. Sir.  
 XX, 17. 18. Num. XXII, 37. XXIV. 10.) *dimissionem*, Frid-  
 burgi in oppido VVetteraviæ factam cum humillimis li-  
 teris ad Cæsarem & ordines, per facialem illum VVor-  
 matiam Fridburgo missis T. 1. ep. p. 319. 323. sed absque  
 ullo Lutheri *fastu* ac temeritate. quippe qui Fridburgo vel  
 Fridberga, in Cattorum progrediens provinciam, Phi-  
 lippi Hassiæ Landgravii literas com meatûs suscepit, ut

C

ea-



earum literarum fide tutus in Thuringiam proficisci posset. Causam *dimissionis*, quam Pallavicinus affert, nulli-  
 bi haecenus reperire mihi licuit, quam vix dissimulasset  
 Lutherus pro notissimo suo candore & genio. quid? *si*  
 Lutherus id omne praescivisset? quid *si* & ideo dimisisset  
 facialem? caeteris paribus nulla fuerit *malitia*, nullum fa-  
 cinus; num ille tenebatur recusare consilia & auxilia?  
 Jer. XXXVI, 19. 26. XXXVIII, 27. Matth. II, 13. Act. IX, 25.  
 I. Sam. XIX, 17. Efr. IV, 14. 22. Sir. XIII, 4. Ipsimet de cae-  
 tero §. XI. retulimus, scivisse aliquatenus & *confuse* Nico-  
 laum ab Amsdorf, *Lutherum esse* NB. alicubi *capiendum*.  
 reperitur deinde ipsius Lutheri haec relatio: *intravimus*  
*vesperi Isenacum, mane sociis omnibus cum Hieronymo* (Schurf-  
 fio J. U. D.) *abeuntibus: ego ad carnem meam* (stylo biblico  
 ita insignit consanguineos suos) *trans sylvam profectus*  
*(nam pene regionem occupant) ab illisque solvens, ubi ad Wal-*  
*terhausen tendimus. paulo post ad arcem Altenstein captus sum*  
*T. I. ep. p. 328. b.* Video ipsummet T. I. Jen. G. Francofur-  
 to scripsisse Wittebergam ad Lucam Cranach pictorem:  
*ich laß mich einthun und verbergen / weiß selber noch nicht /*  
*wo? muß doch guter Leute Rath nicht verachten / biß*  
*zu seiner Zeit f. 454. Sir. XXXVII, 16. 19. Apoc. XII, 6.*  
 Act. XIX, 30. 31. nec animus est dissimulare velle, quæ  
 habet Matthesius c. l. p. 28. vel quæ ab aliis suggeri hinc ex  
 authoribus fide dignis poterunt. At quis propterea *do-*  
*lum malum* aut *facinus* impingere audeat Luthero? quan-  
 doquidem ut cui tale quid imputetur, opus est ex lege et-  
 iam æquitatis, certissimis rationibus & fundamentis, o-  
 mni exceptione & suspicione majoribus.

§. XXIII. De concione *Isenaci publice habita*, excusis-  
 que *ibi pramemoratis literis*, ad Carolum ab eo missis, quibus  
*res omnibus innotesceret*, pari ingenio conqueritur Palla-  
 vici-



vicinus c.l. n.3. *obfirmatam* contumaciam *adversus* *Præceptum* de concionibus *non habendis* existimans n. 1: quod Lutherus illud Apostoli, 2. Tim. II, 9. *Verbum DEI non esse alligatum, in ipsis comitiis, e vestigio & cum in illorum adhuc esset manibus, opponeret.* Quasi vero non in laudem potius Lutheri vergat hætenus, ( si quis modo *spirituali* pollet *judicio*, & in *integra* causa singularem plane digitum Dei hîc agnoverit ) quod ipse eo rerum statu mallet palam & aperte, *in tempore, s. e vestigio & absque omni reservatione mentali, cum in hostium adhuc esset manibus, sensum conscientiaæ suæ reverenter profiteri, in ipsis comitiis, coram Cæsare & ordinibus, nil nisi palinodiam simpliciter urgentibus, quam clandestine agere.* Act. IV, 17. 18. 19. sq. V, 28. 29. 2. Cor. X, 9. Nihilominus autem, & non obstante, Lutheri Wormatiâ jamjam dimittendi, expressa obtestatione ob interdictas conciones, Lutherus ex comitiis & manibus hostium dimissus, viamque suam facere jussus est; comitatus eodem, quo prius, caduceatore Cæsaris. ne dicam, adjecti ejusdem de *concionibus* intermittendis moniti vim, sensum *ultimum* atq; momentum tendere proprie ad præcavendas *populi commotiones.* *Insuper mandat Cæsar, ita ajebat Eccius Jctus, ut domum profectus, neque scripto neque voce populum in via commoveas.* quod adeo interdictum, in intima sua ratione & radice consideratum, nequicquam respuit, aut violavit Lutherus; ut statim demonstrabimus; neque dissensu suo illi se opponere voluit. attamen cum nosset iste, quid sub hac Cæsaris voluntate occultarent illi, qui Cæsaris abutebantur autoritate: hinc factum, quod mentem suam in divina hac causa, absque mora, libere & fideliter exponere decrevit. reliqua ut penitus excutiantur, ad aliam pertinet cathedram. Audiamus saltem hac de re, ad perte-

C :

xen-



xendam historiam, ipsum Confessorem, quid de Hirsfeldiis qui ab Isenacensi tractu paucis distant miliaribus, recenseat: *sermonem facere me NB. coegerunt, frustra me caussante; ne forte sua regalia amitteret* (Abbas Hirsfeldius) *si hoc factum Casareani coeperint interpretari laesam fidem datam, cum mihi inbiberent, ne in via predicarem: ego tamen non consensisse me dicebam, ut NB. verbum Dei alligaretur, QVOD & verum est.* - in MEA enim POTESTATE non erat ea conditio, *ut verbum Dei esset alligatum, nec pepigi in eam &c.* Tom. i. ep. p. 328. 320. b. Act. IV, 20. & ad Comitem Albertum Mansfeldium: *Sie bunden mir auch ein/ unterwegens nicht zu predigen/ noch zu schreiben. sprach ich: ich will alles thun / was Kaysersl. Maj. gefalt / doch Gottes Wort wil ich ungebunden lassen. = achte wol/ sie werden mich beschuldigen/ ich habe das Geleite gebrochen mit predigen. = denn sie suchens genau* (Matth. XXIII, 24. Joh. IX, 16. 34. Marc. VII, 5.) T. i. Alt. f. 733. *de excusis literis, quod Pallauicinus aegre tulit, nihil haftenus inveni, quam quod is ipse ad Spalatinum: miror, scripsit, quid moretur imperiale edictum; excusas legi meas literas ad ordines Imperii datas in recessu meo, sed mendosas T. i. ep. p. 334. certus ego quidem sum, si earum literarum, quas ad ordines ille exaravit, aequitatem, veluti commentarium quendam dicti illius concisioris, Pallauicinus fincere examinasset, eum longe aliter, nec adeo odiosè fuisset scripturum, ac si omnibus innotescere eas literas turbulenta vel contumaciatione, Lutherus voluisset. Act. XVI, 37. 38. Hiob. XV, 2. coll. XLII, 8, vide supra §. 8. & de Lutheri moderatione, quam circa interdictum concionandi usum alias satis superque praestitit, Seck. l. 2. hist. f. 163. (1) 164. (4) 180. (4) 183. (14) 188. 210. (3) l. 3. f. 230. (a. b.)*

§. XXIV. Vel Pathmus testis esto, quam alienus Luthe-



Lutherus fuerit ab omni tumultuaria agendi ratione. *nollem, inquit, vi & cede pro Euangelio certari: ita scripsi ad hominem.* (Ulricum Huttenum, Equitem Francum, ab in-  
 temperantiore agendi modo notissimum.) *verbo victus est mundus, verbo servata est Ecclesia, etiam verbo reparabitur: sed & Antichristus, ut sine manu coepit, ita sine manu conteretur per verbum.* T. I. ep. p. 332. Tribuitur ipsi equidem, Lutheri in arce Warteburg quiescenti, a Varillasio Gal-  
 lo homine, tumultus ab Erfurtensi plebe, & Academica Juventute, ibi in Clerum Romanensem concitatus. qui-  
 bus opponere ex epistolis sequentia, non piget vel pudet, ob insignem usum in vita communi, & prudentiam sin-  
 gularem. *Admodum vereor, valdeque angor animo, (obserua quæso Lutheri animum) nequa magna & horribilis se-  
 ditio in Germania oriatur, quâ natio Germanica graves penas det contemptus & ingratitude beneficiorum DEI. videmus enim, quanta cum approbatione, applausu & gratulatione & concursu Euangelium a plurimis accipiatur. Sed in populo multi hoc beneficium carnaliter accipiunt, cernunt apertis oculis veritatem, nec tamen ea, ut debent, utuntur. his facem admouent illi, quos moderatione sua hanc tempestatem sedare oportuit. aggrediuntur manifesta vi & immanitate ad hoc divinitus accensum lumen extinguendum, nec sentiunt, animos hominum hac amentia magis magisque exacerbari, & ad concitandam seditionem quasi classicum cani. & quæ longe plura, collata historia sacra, ex ore quasi & corde Lutheri habentur T. 2. Jen. Lat. f. 516. Tom. 2. Ep. p. 10. 48. Joh. VI, 15. 2. Cor. VI, 5. Luc. IX, 55. Audio, (ut de Erfurtensi illa protervia objecta, sigillatim mentem viri optimi proponam intimiorem) Erfordia in sacerdotum domos vim fieri; quod miror permitti. Modus tamen iste Euangelio nostro parit & infamiam & justam repulsam. vehementer e-*

Seck. l. 1. p.

160. (a)

188. (c)

162. (2)

177. 215. sqq.



*enim me offendit ista gratia hominum in nos. ex quâ  
 „ liquido videmus nondum esse nos dignos coram Deo  
 „ verbi sui ministros, & Satanam in nostra studia ludere &  
 „ ridere. - dum non ita facimus, sicut docemus - non sunt nostri,  
 „ qui hæc faciunt. T. I. ep. p. 326. 327. 329. T. 2. p. 9. a. Et cur  
 „ quæso deplorabat adeo Lutherus edicti Wormatiensis  
 „ rigorem, à Papæ ministris suggestum, nisi quod tumul-  
 „ tum metueret? Si Papa omnes aggredietur, qui mecum senti-  
 „ unt (lege autem, si placet, tenorem edicti in Pallavicini  
 „ historia f. 46. repetitum hoc ipso anno 1700. ab illo Eisen-  
 „ huet in *Widerhall* p. 17. sq. 37. 39. & mandata Papæ f. 34.  
 „ in omnes, qui cum Luthero sentiunt) sine tumultu non e-  
 „ rit Germania, & quo citius hoc tentauerit, hoc citius & ipse &  
 „ sui peribunt, & ego reuertar. Deus suscitatur spiritus multo-  
 „ rum, atque adeo & vulgi corda; ut mihi verisimile non sit, posse  
 „ rem istam vi compeisci. Tom. I. Ep. p. 331.*

§. XXV. Neque obstat, quod negat se *moueri*, quos-  
 dam ex suis immodestius agere, uti profitetur T. I. ep. p.  
 365. nam ut ex antecedentibus constat, non negat *se do-  
 lere*, sed negat ita *se moueri*, ut prætextu pacis vel *pruden-  
 tia*, stationem causæ ipsius deserere audeat, ob incom-  
 moda ex aliorum hominum immodestiâ vel ruditate. *ni-  
 „ hil motus sum, ut aliquid mutarem - quod vero male audi-  
 „ re nos cum nostris cogimur, vel ab adversariis, vel ni-  
 „ mio ciuilitè prudentibus in re divina, nihil debuisti,  
 „ (Spalatine) moveri - - quanquam juveniles isti motus  
 „ non placeant, qui Antonii legatum male acceperunt;  
 „ sed quis omnibus, omni loco & tempore, frenum inji-  
 „ ciat? an illi nihil unquam designant mali? non ruet ideo  
 „ Evangelium, si aliqui nostrum peccant in modestiam.  
 „ qui autem alienantur a verbo hac causa, non verbo, sed*

*glo-*



„gloria verbi adhæserunt. qui verbo *adheret* propter ver-  
 „bum, portis inferi avellentibus, non avellitur ab eo: qui  
 „alienatur, alienetur. cur non spectat NB. nostra melio-  
 „ra & firmiora? cur ergo totos damnant ob partem? i-  
 bid. Tom. 2. Jen. Lat. p. 467. a.

§. XXVI. Similiter & ad Spalatinum ex eremo *Era-*  
*smum* (Roterodamum) a cognitione gratiæ longinquum  
 esse video, qui non ad crucem, sed ad pacem spectet in omnibus  
 scriptis. hinc omnia putat civiliter, & benevolentia quadam  
 humanitatis tractanda gerendaque: sed hanc non curat Be-  
 bemoth, neque hinc quisquam sese emendat &c. Tom. I. Ep.  
 p. 355. b. sq. ubi & p. 356. Lutherum pœnitet, se Worma-  
 tiæ non satis exhibuisse *Eliam*, Spalatini cum cessit alio-  
 rumque amicorum consiliis. Seck. l. 1. f. 156. (8) Vnde  
 paulo post edidit librum *adversus falso nominatum ordinem*  
*episcoporum*, quo negat, se posthac ipsorum iudicio submis-  
 surum sua scripta: *nimum se Wormatiæ fuisse demissum*: op-  
 tare se imprimis, ut resipiscant, at ab ipsis captari *tranquil-*  
*litatem* cum otio & deliciis, & nonnisi de *Status* perturba-  
 tione angi; eapropter daturum se operam, ut *quam* pa-  
 cem tanto studio quærunt, eam ut ne consequantur. Spe-  
 rare istos *requiem publicam*, si ipse removeri possit a con-  
 spectu hominum: sed *ne sic quidem* extra tumultum & in-  
 quietudinem istos esse futuros. Quod etiam nonnulli,  
*criminis* maximi loco, exaggerent suam in dicendo liber-  
 tatem, quasi propemodum eo spectet, ut ejusmodi scri-  
 ptionibus *motum* aliquem excitet: adversus hoc præjudi-  
 cium ostendit Lutherus ibidem plurimis Scripturæ testi-  
 moniis ac exemplis, *necessariam* hanc esse agendi ratio-  
 nem, cum ecclesiarum præfecti impii sunt & obstinati,  
 quando *nec* suum *ipsi* munus faciunt, *nec* aliis, qui cupiunt  
 & idonee possent, permittunt, uti faciant. Act. XVII. 6.  
 in



in epistola quadam ad Fridericum III. Electorem, qua ei partem Postillæ A. MDXXI. d. 3. Mart. dedicat, testatur de se, quam invitus a studiis suis avulsus fuerit, *veniamque sperat ab iis, qui perpenderent, quantos leones Moab, quantos Rabfaces Assyriorum, quantos denique extremæ virulentia Semejos unus sustinere debuerit. eandem rationem Spalatino jam dederat: rem sibi esse cum blasphemis in veritatem evangelicam hominibus, cum lupis, qui se inauditum, non-monitum, non-edoctum damnent, & atrocissimis criminationibus in se & verbum Dei grassentur. ita fieri, ut, si nec calore nec stylo raperetur, tamen indignitate rei vel Saxeus animus ad arma queat moveri, tanto magis se, qui & calidus sit (vide, L.B. candidam Lutheri confessionem, eamque in meliorem partem interpretare, ceu decet eos, qui habent Christi Spiritum) & stylum habeat non penitus obtusum, & mores, quibus ultra modestiam feratur. mirari tamen se, unde ista nota sit religio nova, ut, quicquid in adversarium dicatur, convitium appelletur. De Christo (pergit: etsi eo non faciebat se æqualem Christo; quemadmodum sine fine excipiunt hypocritæ, qui Christi exemplum sic ad Christum constringunt, ut ejus exemplum, per eos, nusquam plane habere locum ullum posset) quid sentis? an convitator fuit, quando Judæos appellat generationem adulteram & perversam, progeniem viperarum, HYPOCRITAS, filios Diaboli? deinde Paulus canes, vaniloquos seductores, indoctos: qui Act. 13. sic invebitur in pseudopropheta, ut videri possit insanus, dicens: o plene omni dolo & omni fallacia, fili diaboli, inimice veritatis! cur non hic Paulus MODESTE potius blanditur, ut convertat (hunc enim finem convertendi prætexunt, & queruntur hostes crucis Christi, serium agendi modum minus facere ad edificationem. Quasi vero ædificandus sit vetus Adam, & non destruendus potius. Vel quasi*

Matth. XV, 13. 12.



quasi tales ullum edant signum, quod de sua solliciti sint  
 conversione, nedum de convertendis aliis curam a-  
 gant) *quam sic tonat? -video ab omnibus in me peti MODE-*  
*STIAM, maxime ab hostibus, qui minime tamen omnium eam*  
*prestare: ego, si immodestior sum, simplex tamen & apertus*  
*sum, quo illis me puto prestare, cum non nisi insidiosissime com-*  
*mententur. - ipsi me provocaverunt ad bellum-pacem oblatam*  
*contempserunt. - quod facio, nescitur modo. scietur POSTEA. I.*  
 ep. 199. l. 2. ep. p. 91. Pertinet huc magnam partem Lu-  
 theri liber scriptus e Pathmo adversus Jacobum Lato-  
 mum, seu rationem Latomianam. longe me abesse a,  
 MODESTIA Evangelica dicit, - cum mea doctrinali-  
 ter damnassent. at nunquam exegi, ut me quis mode-  
 stum aut sanctum haberet, sed ut evangelium omnes  
 agnoscerent. hoc tamen gloriatur conscientia mea, nul-  
 lius vitam aut famam esse a me læsam: solum (1) dog-  
 mata (2) studia, & (3) ingenia in Verbum Dei impia &  
 sacrilega, acerbis insectatus sum. in quo ut non depre-  
 cor culpam: ita non sum sine exemplo. I. Baptista, &  
 post eum Christus, vocat Phariseos genimina vipera-  
 rum, immodestissimo & atrocissimo maledicto in tam  
 doctos, sanctos, potentes & honoratos viros, ut eum  
 rursus dæmonium habere dixerint ipsi. Si hic Lato-  
 mus iudex fuisset, obsecro, quæ sententia illos mansif-  
 set? Alibi Christus cæcos, mendaces, pravos, filios Dia-  
 boli vocat. Paulus vero, Deus bone, quam est ab Ev-  
 angelica modestia remotus, dum anathema facit Ma-  
 gistros Galatarum, magnos, ut arbitror, viros: alios  
 canes, vaniloquos, deceptores, tum Elymam magum  
 filium Diaboli, plenum omni dolo & fallacia, criminatur  
 in faciem. Nec puto, fas esse Sophistis, ut ANIMUM  
 meum judicent, cum OPUS meum ab Apostolis, Chri-  
 sto

T. 2. Jen.  
 Lat. f. 380.  
 sq.

D

sto



„sto & Prophetis dissentire non videant. Sed modestia  
 „Evangelica, nostro seculo, ea est, quando impiis & fa-  
 „crilegis, tum Pontificibus & Sophistis, genu flexo dici-  
 „mus: Gratiose Domine, Gratia vestra bene facit. Ma-  
 „gister noster eximie, Vestra Excellentia bene dicit. - si,  
 „his palpatis, vel orbem subverteris, non fueris immo-  
 „destus. - scilicet adeo pendet Evangelica modestia & im-  
 „modestia in (1) idolis & (2) idiotis venerandis. Malo  
 „ego apertus esse, & neminem blanditia fallere. hoc pos-  
 „sum testari: cortex meus potest esse durior, sed nucleus  
 „meus mollis & dulcis est. nemini enim male volo, sed  
 „omnibus opto mecum quam optime consultum. Por-  
 „ro duritia mea, ut nemini nocet, ita neminem fallit. Sa-  
 „lomon dicit Prov. 28, 23: qui corripit hominem, postea  
 „gratus erit præ illo, qui blandus est lingua. isti modesti-  
 „am verbis & vultu simulant, interim non nisi cædes, mi-  
 „nas & sanguinem spirant, viri illi sanguinum & dolosi.  
 „Quam scite dixit Hilarius, difficilem fore causam veri-  
 „tatis tueri adversus impios, si tantum consuleret pru-  
 „dentia, quantum audet impietas. Opponitur ibidem  
 „locus 2. Tim. II, 9. §. XXIII. allatus. non enim decet Ver-  
 „bum Dei alligatum esse propter hominem, nec novit  
 „personarum respectum. Christus in Evangelio, quos  
 „carpit? num vulgum? Nonne Magnates solos? At  
 „CHRISTUS erat Deus. (Sic vulgo excipiunt, quibus  
 „Christi exemplum fudes est in oculis) Verum. Sed in-  
 „anitus est, forma servi accepta. non arguebat, ut Deus.  
 „omnibus Prædicatoribus exemplum factus, ut vulgo  
 „parcerent, Principibus non parcerent; quòd vulgi cala-  
 „mitas e Principum pendeat culpa. an ideo silendum,  
 „quod irâ DEI mali præfint, ut Latomus (obtentu nomi-  
 „nis DEI) adulatur? non enim vitia, quia vitia, sed quia in  
 „magnis



magnis personis vel parvis sunt, arguenda vel tacenda,,  
 docet. quid isti hostes CRUCIS volunt, nisi ut otiosum,,  
 sit scandalum crucis? scientes, vulgum sine periculo ar-  
 gui, Principes vero non sine præsentem malo tangi. at ii,,  
 sunt Mercenarii. debetur REVERENTIA altitudini,,  
 fateor. sed citra divini verbi injuriam, quod est ipsemet,,  
 Deus, cui oportet magis obedire, quam hominibus.,,  
 quod Si cujuscumque magistratûs vitium ferendum, pro-,,  
 fani, non ecclesiastici, ferendum est. quid salutare ab eo,,  
 expectes, qui rem ecclesiæ, vitia Pastorum, salutem ani-,,  
 marum tam leviter pendit, ac si esset solum culpa quæ-,,  
 dam tyrannidis profanæ, corpora aut substantias per-,,  
 dentis. At timetur seditio, & illi non fiunt meliores,,  
 ait Latomus. Quàm Judaica vox! nam & illi metue-,,  
 bant, ne Christus seditionem faceret, nec vel pilo fie-,,  
 bant meliores, imo fiebant pejores. - Sic prudens vir il-,,  
 le timebit, ubi non timendum est, ut corporalem pa-,,  
 cem præferat saluti æternæ animarum. nunquam mi-,,  
 nus est metuenda seditio, quam dum verbum Dei do-,,  
 cetur. Deus enim, qui Deus pacis est, tum præsens,,  
 est. scimus, quod Christus Evangelion ipse non potuit,,  
 docere, nisi reprehenderet. qui secus docet, non evan-,,  
 gelium, sed suas adulationes blaterat. An sufficit hîc,,  
 cogitare: si nemo indigna postulare? scilicet cogitatio,,  
 quædam, ut cogitemus: si nemo postulare indigna, Pa-,,  
 pa fieret melior. Cur autem non etiam sic cogitamus:,,  
 si Papa seipsum EMENDARET, tum nemo postulare,,  
 auderet indigna. Nos sumus Magistri nostri, nos Ju-,,  
 dices, nos non possumus errare, nobis orbis obnoxius,,  
 est. quicquid dixerimus, articulus fidei. (ille vero) non,,  
 tenet principia fidei. hæreticus! hæreticus! Ut arro-,,  
 gantia Prophetarum novorum non insanit! non sunt,,



evangelia tam obscura, ut pueris ea non possunt par-  
tere.

*Seck. l. 1. hist.* §. XXVII. Erasmus ipse ab initio reformationis  
*Luth. f. 201.* agnovit singulare donum & digitum Dei, recteque pro-  
*(4) 63. 175.* nunciavit de Luthero: *quod hæc tempora ACREM requirunt*  
*(3) 310. (8) medicum.* utinam modo celeberrimus vir, *Deo confisus in-*  
*l. 2. f. 57. (5)* ter omnia pericula, constans idque spirituale iudicium tu-  
*l. 3. f. 10. 9.* lisset de Luthero, ejusque *constantia* in bono, virtute illa  
*604. (5)* vere virili, vere theologica, vere ecclesiastica, quæ mora-  
les virtutes sapientium hujus seculi longe post se relin-  
quit! porro ex *tempore* judicare oportebat, quando inva-  
lescebat magis magisque, cum ipso tempore, contradi-  
centium pervicacia, Erasmo quidem præ multis aliis per-  
spectissima. Mich. II, 7. noverat vir doctissimus vel ex hi-  
*Laëtant. l. 1.* storia, plurimos veterum martyrum tanquam *inhuma-*  
*de fals. re-* nos & agrestes, male habitos fuisse. Joh. XVIII, 22. II. Act.  
*lig. §. 1. Wo-* VII, 51. 54. Jer. XV, 10. Luc. XI, 45. 53. Gen. XIX, 9. Joh.  
*wer. ad Mi-* VI, 60. 66. Apoc. XI, 10. Sap. II, 16. 12. Judith. V, 2. Amos.  
*nuc. p. 125.* VII, 10. 13. Varia de his insperfit in Erasmi gratiam B.  
Lutherus, ex eremo cum emigrasset. l. de L. arbitr. *fa-*  
*teor, mi Erasme, non immerito te istis omnibus (autoritatibus)*  
*moveri. ego ultra decennium istis sic motus sum, ut nullum ali-*  
*um arbitrer esse, qui æque sit istis permotus - testor Deum in ani-*  
*mam meam, perseuerassem; adhuc hodie sic moueret; nisi urge-*  
*ret conscientia, & euidencia rerum me in diversum cogeret.*  
*potes sane cogitare, nec mihi Saxeum esse pectus, atque, si Saxe-*  
*um esse pectus, tamen tantis fluctibus & aestibus lu-*  
*ctatum & collisum potuisse liquecere, dum id aude-*  
*rem, quo factò videbam, omnem illorum autoritatem, quos re-*  
*censuisti, super caput meum, velut diluuium, inundaturum.*  
\*judica hinc, L. B. quam sit lata via affectatæ istius huma-  
nitatis, quo abripi magni viri possunt per fraudem Sata-  
næ,



næ, qui fingit *necessitatem* colendæ sic pacis mundanæ & B. Korthold  
amicitiæ, & per importunas suggestiones superbæ meti- *in Anti-*  
culosæve rationis humanæ. contra: quàm angusta fit, *Frommio*  
quam arcta, quam crucis plena, via necessariæ in bono *p. 18-24. sq.*  
constantia. de qua *crucis* via multo minus, ac de illa via  
rationis, carnalis *affectus* præsumi debet, nisi prorsus infi-  
piens ferri velit iudicium. Matth. VII, 13-16. Luc. VI  
26. I. Cor. IV, 5. Luc. XII, 51-57. fugit enim *natura* homi-  
nis crucem Christi, ut longe proclivior sit ad commo-  
dum capiendum ex *favore* hominum, quam ad ferenda  
odia tot potentium. credo proinde, qui historiarum ut-  
cunque peritus est, eum facile concessurum mihi, quod  
omni tempore plus \*\* obfuerit bono vere publico, hu-  
manitatis vulgo sic dictæ studium, bona sc. charitas & lar-  
vata modestia, quam id quod ex adverso audit importu-  
na severitas, morosus rigor, acerba durities, misanthro-  
pia, immansuetudo, asperitas &c.

\* p. 77. 78. ed. Seb. Schmidii, qui & ipse B. Schmidius in R. Weiss.  
p. 447, laudat Lutheri verba sequentia: quantum manet in  
nobis humanitatis, tantum manet & mendacii & vanitatis.  
si enim omnes, ut sentimus, loqueremur: quantis nos oneratu-  
ri essemus adversariis! quanta amicitia hoc gladio veritatis  
dividerentur - sic abundant hodie depravatores verbi Dei supra  
modum, non quod omnes scienter mentiantur, sed quod non  
cognoscunt cor suum satis. Ibidem iterum allegato loco  
2. Tim. II, 9. Lutherus ad Erasmus: Si a te petamus, ut discer-  
nas nobis tempora, personas, & modos dicendi veri, quan-  
do desinies? ante suum clauso componet tempore finem mun-  
dus, quam tu unam regulam certam statueris. ubi interim  
manet docendi officium? nisi is sit tibi modus, ut sic doceamus  
verum, ne motus fiant in orbe, ne multi offendantur, & pejores  
fiant. hoc quale sit consilium, supra vidisti &c. &c. p. 55. sq.  
\*\* plerisque hodie docentium nimia levitate gravius pecca-  
tur,



„tur, Deusque offenditur, quam homines moderati unquam aspe-  
 „ritate Lutheri offensi aut perturbati fuerunt. D. Zach. Schilter  
 „citante D. Finkio de voc. Luth. §. 75. confer. Jurieu lettre pa-  
 „storale 21. p. 191. sq. Rom. XVI. 18. Es. III. 12. Ps. LV. 22. Prov. V,  
 „2. 3. errat quidem Maimburgius, dum librum Lutheri adversus  
 „R. Angl. Henricum VIII. ad historiam Pathmi refert: nos ta-  
 „bac occasione vel verbo notamus, quod ea quæ in Seck. l. 1. hist.  
 „Luth. f. 188. (c) 189. (5) 277. sq. l. 2. f. 80. fin. f. 81. sq. 87. (13) (14)  
 „habentur in caussa Regis Angliæ, nonnihil in recessu habeant.

§. XXVIII. Absit, ut ex Luthero faciamus virum,  
 qui labi, qui modum unquam excedere non potuerit. ab-  
 sit, ut *cæco* impetu rapi quemcunque uelimus ad imitati-  
 onem Lutheri. invito quippe ipso Luthero tale quid fie-  
 ret; T. 2. Jen. G. f. 446. a. qui nec ipse res suas imitandis a-  
 aliis superstruxit. verbum *Dei ipsius* attendendum: eæ-  
 dem sint zeli causæ: ex causis moventibus ferendum ju-  
 dicium: non tam parua, tam vilis & exigua res esto *veri-  
 tas* cœlestis, ut ducat quis superfluum, subire pro ea quid  
*molestia*. tota corrumpitur hominis prudentia, cum so-  
 mniat quis, fieri posse in tanta rerum corruptione, ut &  
 veritas iuste propugnetur, & humanitatis mundana laus  
 seruari simul queat apud homines; qui tamen solis suis  
 commodis addicti, alia conditione nolunt acquiescere,  
 qui nolunt aliter pacem & amicitiam colere, nisi facta te-  
 cta sit secularis consuetudo & indulgentia, honor priva-  
 tus, & vivendi in diem commoditas. Ps. 120, 7. 80, 7. Jer.  
 XV, 10. Es. 59. 5. 15. cogita, quæso, (quisquis Deum diligis  
*super omnia, times super omnia, Deo confidis super omnia*  
 sincero animi tui studio) cogita, quæso, num dignum sit,  
 subjici sic omnem evangelii cursum regimini falsæ pro-  
 miscuæque humanitatis, & securissimæ jocationis? cum  
 potius veritas divina regere humanitatem, & limitibus  
 circumscribere debeat. nam si his in rebus spiritualibus  
 viven-



vivendum sit ad vulgares illas regulas, & virtutes, quas *conf. nupera* vocant, homileticas: nunquam posset per *bonos* illos sci- *Disqu. M.I.* licet *mores*, ullo loco ullo tempore, quod istis opportunum *D. Hervyn-* sit; ullo modo, qui placeat; *veritas* Jesu Christi crucifixi *schmia de* uspiam invenire locum, quin usquequaque objiceretur *discrimine* defectus *modi*\* debiti. 2. Tim. IV, 2. Es. XXX, 10. Jer. VIII, *virtutum* 12. 2. Sam. III, 8. quod verissimum esse quisque intelligit *moralium* ex vitæ suæ curriculo. Propterea cavit Lutherus, ne *& spiritua-* humanitatis, quæ fane absque fuce colenda est, loco, lar- *liura.* va collocetur indiscretæ humanitatis, & simulacrum *\*I.G. Exam.* quoddam pestilentissimum. quid? pessimus ille, & hære- *C.T. p. 210.* ticissimus, ut sic loquar, *indifferentismus*, quo ob humanos *Seck. l. 1. f.* respectus, & ob amorem sui ipsius *inordinatum*, cursus *213. (4) l. 2.* liber permittatur pravis quibusvis consuetudinibus, o- *f. 93. (b) l. 3.* mnibusque hypocritis; autoritate ut plurimum, tot ani- *f. 556. (8)* marum periculo, pollutibus, receptos mores assidue *563. l. 1.* prætexentibus. accommodare huc liceat, quod de Pla- tonica communiione Lactantius habet l. 3. de falsa sapien- tia c. 20. quæ ista confusio generis humani est? quomodo servari potest charitas, ubi nihil est certum, quod ame- tur?

§. XXIX. Refert Johannes Crispinus, *in actis &* monumentis martyrum, qui à Wiclefo & Husso ad nostram hanc *etatem & c. p. 20.* quid magistri Parisienses de Johannis Hussi censuerint articulis. *ETSI videntur habere Zelum,* inquit, *contra vitia praelatorum & clericorum, nimis, pro-* dolor! *abundantium: non TAMEN secundum scientiam. Zelus* itaque discretus ea peccata, quæ videt in domo Dei se non posse tollere, tolerat & gemit. - *Quia non in Beelzebub ejiciuntur* demonia, sed in digito Dei, qui est Spiritus S. volens, ut in cor- rigendo *MODUS* adhibeatur Prudentiæ, juxta illud: quis? quid? ubi? cur? attendas, & quomodo? quando? Sæpe cogita- vit



tavit Lutherus de his cum Hussio actis, qui ad ignem raptus est, secundum regulas ordinarias & religionem prudentium, in concilio Constantiensi. erat enim illud prudentiæ ecclesiasticæ specimen Constantiense, in recenti omnium memoria ex elapsi proxime seculi historia. Wie auch der fromme Märtyrer Johannes Huss in ihrem höllischen Concilio zu Costenz damit vom Teuffel überschrien/ und verdampt ward/ daß er den Pabst und seinen Hauffen straffete umb ihres bösen schändlichen Lebens willen; Daß sie auch ihre eigene geistliche Rechte nichts überall hielten. Denn sie hatten dawieder diesen Schutz: ob gleich das Leben nicht recht ist/ so ist doch die,, Lehre recht. in Postill. eccles. Dominic. 2. post Pasch. & iterum ibidem: hiewieder haben sie allezeit das Wehrtwort/ obgleich ihr Leben sträfflich ist / so sey doch die,, Lehre recht und gut. edit. Luneb. de A. 1637. T. 8. Jen. G. f. 214. a infine. T. 6. f. 497.

§. XXX. Operæ hic pretium est, moderno etiam tempore nosse, quomodo heros noster tot spectra *scandalorum*, quæ subinde objiciebantur, debellaverit. nam cum decretum jam fuisset W ormatia de Luthero proscribendo: Trevirensis tamen episcopus nondum desiit eum adoriri, & tentare, una cum aliis imperii proceribus, an ad avertenda *scandala* persuadere id ipsi posset, quod posceret status ecclesiæ & publica tranquillitas. animo, ut videtur, Lutheri rebus non per omnia adverso. Sed per rumpebat heros in causa fidei, differre, ajens, *charitatis* & *fidei* scandala; quorum *illud* in moribus & vita consistat, & omnino vitandum fit; *alterum* autem inhæreat verbo dei, nec ullam debere ejus haberi rationem. veritatem enim & æterni Patris voluntatem atque mandatum



tum disimulari non debere, etiamsi totus terrarum orbis offendatur, hoc vitare se jam non posse. in sua enim potestate non esse, ut Christus non sit *petra scandali*. Es. VIII, 14. Rom. IX, 33. 1. Petr. II, 8. & quæ plura refert Sleidanus l. 3. confer. Matth. XV, 12. 13. 14. de scandalo, quod *T. 2. Jen. L. captant* potius, quam *accipiunt* hypocritæ ex nævis Christianorum in agendi modo, in Pathmo postea scripsit: Christus will in seinen Gliedern zugleich heimlich und offenbar seyn. Zugleich sich finden / und nicht finden lassen. Darumb lasset er unter den Früchten des Geistes / dabey man ihn kennen könte / und sich wol an ihm bessern mag / mitunterlauffen etliche gebrechen / damit er sich verbirget / und sich an ihm ärgern sollen die frevelen Richter. Post. eccles. 5. post Epiph. bene utique, si modo bonus sit interpres, ac intelligens sacrorum affectuum & viarum Domini, ceu justis iudicis! nam si candidè agerent, qui de scandalis sine fine conqueruntur: *meliora* potius intuerentur, neque adeo prompte arriperent occasionem offendiculi, in finu quasi gaudentes de faba inventa, & indignandi ansâ. (repete L. B. ex §. 25. *meliora*, ad quæ Lutherus provocat, & adijunge Lutheri collegam Philippum in apologia A. C. p. 296.) ante omnia debent, qui judicare velint, regi velle solo S. Spiritu, alieni à Schemate vani hujus seculi, ut possint sanum ferre iudicium. Rom. XII, 2. Philipp. I, 9. 10. 18. deinde *tota* in precibus consideretur causa, 1. Sam. XXVI, 19. consideretur *integer* status ecclesiæ quoad *omnia* sua *momenta*, examinentur circumstantiæ secundum *divinas* regulas absque amore vel timore mundi, donec ad *habitu* perveniatur *judicii* Ebr. V, 14. ne subsistat quis in solis *externis*. Marc. XII, 34. Joh. VII, 24. 35. 12. sq. Es. XI, 3. 4. multos olim noverat hal-

E

luci-



lucinosus Lutherus, quod in judicandis martyribus nil nisi *externos* martyrum gestus, acriora verba, vultumque intuerentur, non fontem agendi, non seriem rerum continuam, non fundamenta intimiora, non *gratie* in *natura* regimen. Hiob. XV. 12. XIII, 4. quod si quis humanitatem præstare velit cedendo veritati: viderit, annon illi, qui habentur pro severissimis, futuri sint summæ comitatis in eos ipsos, à quibus in faciem consputi titulis turbatorum, novatorum, pharisæorum, tentabantur prius de patientia. Sap. II, 19. 12. 15. quid? quod inter medias, quas putant, invectivas, justo tempore placidum animum exerunt cum Stephano. Act. VII, 60. 51. Philipp. III, 2. 18. 2. Tim. IV, 14. 15. 16. Apoc. II, 1. 2. Jer. XXVIII, 12. Es. LIII, 7. L, 7. Judæ v. 22. 23.

§. XXXI. Quæ exempla considerans Lutherus, dignissima lectu ex Pathmo scripsit *F. Stephan. & 2. post Epiph. in post. eccl.* in quibus iudicium *fidei & Charitatis* distincte & perspicue proponit. purissime & absque *truncatione* illa habentur in editione A. 1525. Witt. ap. Joh. Grünberg. Unde illud quoque constat, a Lutheri corde & sensu plane abire eos, qui hoc sensu *heroicas* in ipso laudant virtutes, ut *exemplum* ipsius nullius revera *exempli* loco esse possit. neque minus perverso spiritu regi eos, qui *lenitatem* quidem (vel verius humanitatem demagogicam, quam caro & sanguis dirigit) audent commendare *exemplo* Christi, sed in *exemplum* esse nullo modo patiuntur *eiusdem* Christi seriam conversandi rationem cum pharisæis. Matth. XI, 18, 19. XXIII. *tot.* Sic & errant, qui servos dei cum servis dei temere comparant invicem quoad *naturam* potius, quam *gratiam*, Lutherum prementes moribus Philippi modestioribus. nam, ut inter servos dei non regnat inepta imitatio, nedum ut quis velit

velit



lit esse Lutherus Luc. IX, 54. Act. XIX, 15: ita notum est, quanto in pretio Philippus collegæ Luthero fuerit, salvo jure veritatis, ex qua Philippi corripuit modestiam. paulo ante memoravimus ingenuam confessionem Lutheri de semetipso p. 24. nunc non possumus non adjicere, quæ ex Pathmo Coburgensi sincerissimum pectus prodidit in epistola ad Joh. Brentium. *non Brentium, sed Spiritum prædico, qui in te suavior, placidior & quietior est. meus vero sermo eo fatus agit, ut turbulentus & impetuosus, velut luctator cum monstris infinitis semper congregi cogatur. - Solor tamen me ipsum, quod existimem, imo sciam, Patrem illum familias coelestem, pro magnitudine suæ domus, etiam opus habere uno & altero seruo duro contra duos, & aspero contra asperos, veluti malo cuneo in malos nodos. & tonanti Deo opus est, non tantum pluvia irrigante, sed etiam tonitru concutiente & fulgure auras purgante, quo feliciter & copiosius terra fructificet. Ezech. III, 8, 9. 26.*

§. XXXII. Forsan & illud simul ostendendum, graviter illos impingere in historiam ejus temporis, qui, dum graves auribus & carni molestæ sunt tales Lutheri oppositiones & certamina, applauserint sententiæ Galli cujusdam, nomine Des-Marets, in libro, *entretiens sur la divinité, sur la religion & autres sujets* inscripto, Parisiis A. 1687. excuso, Lutherum haud dubie p. 45. ejusque similes bellatores domini, una cum libris Lutheri & Lutheranorum accerrime removentis, à cognitione, possessione & cultu *pacifica* Theologiæ, ut vocat, mysticæ, p. 41. 43. 45. 46. 49. hosque in scriptis suis theologice nil nisi classicum canere, & cære *turbas* existimantis absque omni certe vera, & explorata causa. Nam si recte omnia conferantur, ipsum *genus loquendi*, in *polemicis* Lutheri scriptis, *ex eo* asperius est, & veluti impatientius,



quia Lutherus malebat omnino literas Christi pacificas excolere. quid? quod toties Lutherus probat, quam alieno fuerit ab *eristicis* studiis animo, quoties doluit, in scholis & academiis id studiorum genus, tanquam *fundamenta prima & primaria*, regnare, quod juventutem a vero fine *sobriae* theologiae, & a vera sapientia nimis, proh dolor! removet.

supra §.  
XXVI.

Non facile credas (ita in Refutatione Latomi ad D. Iustum Ionam) quam invitus a literis pacificis Christi, quibus me in hac Pathmo dederam, avulsus, vepricosi & senticosi Sophistae nugis legendis tempus impendi, quibus molestissimum est respondere - & tamen optimas horas perdere cogaris &c. hunc Latomum a me extrudo ad te, ne mihi ultro molestus sit, qui jam epistolas & Evangelia (multo libentius) enarrare vernacula coepi. quae causa est ut molestum fuerit, ejus sordes legere. - modo exul libris careo - sola enim biblia (2. Tim. IV, 13.) mecum sunt &c. - Plaga irae divinae sunt heretici & falsi magistri, ideoque magis oratione humili apud Deum plaga avertenda, & Deus placandus, quam viribus ingenii aut eruditionis cum eis congregiendum, ut victoria sit Dei miserentis, provocati nostris lacrymis, non nostrorum operum. non enim nostrum est, animam nostram ab impiis istis salvare, quanto minus eos superare. - impii non possunt intelligere, se esse lupos rapaces sub vestimentis ovium. ideo enim secure docent, atque pugnaciter instant, quod sese rectissima docere arbitrentur, ita ut nisi Dominus solus hic judicet, nullus hominum judicare possit. T. 2. Ien. Lat. f. 379. 411, 179, 127. Tom. 2. Witteb. Lat. fol. 212. 244, ad Latomum invitus respondeo, quod jam animum composuerim quietis studiis &c. T. 1. ep. p. 329. b. 348. b. 271. b. Seck. f. 70. 87. dieweil ich Erw. Fürstl. Gn. (Johannem Fridericum Principem alloquitur, postea Electorem, qui multa propter veritatem passus est) nu  
lan



lange Zeit verheissen und schuldig/ das Magnificat zu er-  
klären/ davon mich die ungeschickten Händel vieler Wie-  
dersacher so offit getrieben 2c. T. I. Jen. G. f. 476. cujus  
libri in Pathmo absoluti & meditationes satis vereque  
mysticæ complexi, frequens fit mentio T. I. ep. p. 327.  
328. 333. 348, 351. 363. ( 2. Tim. iv, 13. 22. 6. II, 16. ) confer-  
de concordia Lutheri cum Taulero, elenchum testi-  
moniorum subjunctum medullæ Tauleri Ao. 1644. p.  
170. seq.

§. XXXIII. Quæ præterea fuerint *quæta* studia, T. I. Jen. L.  
quibus sese accinxerit, quæ literæ Christi *pacificæ*, quibus f. 279. b.  
se dederit in Pathmo, facile judices, L. B. ex locis illis ip- 295. b. 342. b.  
sis, quibus id professus Lutherus est. *statueram*, in fit, 434. a. 435.  
*enarrationem epistolarum & evangeliorum vernacula dona-* a. T. 2. f. 321.  
*re*, in gratiam *populi* tam pretioso sanguine redempti, &  
veritatis evangelicæ fitientissimi. *Postilla* nempe *ecclesi-*  
*astica* Alberto, Comiti Mansfeldio, natu minori, ex ere-  
mo inscripta, *Mein allerbestes Buch/ das ich je gemacht*  
*habe/ die Postillen/ welche auch die Papisten gerne ha-*  
*ben.* T. 3. Jen. G. f. 381. b. weil wenig Postillen / außer-  
halb des Tauleri vor der Hand waren / daraus man  
Kinder und alberLeuten einfältig und richtig könt berich-  
ten / wie man Christlich leben und seelig sterben solte.  
conf. T. 2. ep. p. 108. a. \*

\* *Putamus constare omnibus, quam multa quidam expunxerint in* Jer. XXXVI  
*postillis ecclesiasticis. speciminis loco conferri possunt ex-* 26. sq. 23.  
*emplaria, quæ Lutbero superstite, & quæ a morte Lutheri excu-*  
*sa sunt ad F. Steph. & trium Regum. deprehendimus quam*  
*plurima expuncta fuisse, quæ tangunt academias & sophistas, &*  
*Aristotelem. Si qui vero putabant, non posse sese approbare*  
*omnia, quæ habentur in postillis Lutheri; noverant illi, Luthe-*  
*rum lectores suos nunquam adstrinxisse ad suam autoritatem. F.*  
*C. p. 635. At in alterius laborem, altero inscio, sic involare, de-*



*merc, addere, substituere: quis rectum existimaverit? quis equum & bonum? cordate Lutherus ad Job. Brentium ex Pathmo Coburgensi: redit ad te, optime Brenti, Amos tuus, quem ad me jam dudum miseris. - quod vero tu pro humilitate spiritus tui, totum hunc commentarium meo iudicio subjicis, ut mutem, addam, detraham, quæ videantur mihi: absit a me, ut in hoc te audiam. cum enim inter profanos odiosum sit, in alieno labore ingeniosum esse: multo magis inter Christianos intolerabile est, sibi magisterium super ejusdem Spiritus discipulos arrogare. &c.*

*Matthes.*

*conc. 4. p. 31.*

*p. 29. b.*

§. XXXIV. Mitto psalmum (LXVIII. pergit c. l.) *istis feriis* (præcipue Ascensionis domini) *cantatum* in ipsa arce Warteburg, ut conjicere licet ibidem ex p. 362. & præfixo editioni Berolinensi indice biblico, ubi & singulis dominicis Lutherum concionatum fuisse in conclavi, præsentem præfecto arcis aliisque, non tantum in MS. Isenaci, sed & ab Matthesio notatum invenio; uti hodie num in ædicula arcis Warteburg, concio quædam festo tempore haberi nonnunquam solet; absque certa tamen lege, & non sine periculo quodam popularium abusu.

De Psalmo 22. 37. 119. notatu digna legas T. 1. ep. p. 333. 348. 363. 309. b. T. 2. p. 18. sq.

§. XXXV. Et quis sufficit digne prædicandis illis vere *pacificæ* Theologiæ promovendæ studiis, quibus in adornanda *Germanis* versione sacrarum literarum, *quietem* in suo isto secessu longe aptissimam reputabat? *optat eum in finem esse unus in Hebraeis discipulus*, T. 1. ep. p. 3. 40. a. præter ea, quæ paulo ante Pathmum suam Warburgensem, Johanni Lango Erfurteni ecclesiastæ, & Jodoco Isenacensi scripserat: & *pacifice & amice, latere se velle usque ad pascha; N. T. vernacula donaturum, addito voto & pio desiderio: Utinam oppida singula interpre-*

*tem*



*tem suum haberent, & solus hic liber omnium lingua, manu, oculis, auribus, cordibus versaretur!* p. 295. b. p. 60. b. 328. a. 309. b. T. 2. Ien. L. f. 1. 173. b. 225. b. 256. b. quid, quæso, ad intimiora *pacis* divinæ, ex omni voto istius des-Marefts, dici purius poterat, illo Lutheri, quo primam partem conscriptæ in solitudine Postillæ clauserat? *Hinein/ hinein/ Q. Christen/ und lasset mein und aller Lehrer, auslegen nur ein Gerüste seyn zum rechten Bau/ daß, wir das bloße lautere Gotteswort selbst fassen/ schmecken/ und da bleiben/ denn da wohnet GOTT allein, in Zion.* quid? quod ex Pathmo etiam *Coburgensi*, (quam §. 4. appellavimus,) professus est, se magna *pace cordis* & ad capienda vera solatia, interpretari Prophetas minores. T. 9. Alt. f. 1576. 1677. *ich habe mich/ ibidem legitur, zu meinen Reichthum/ den ich für meinen Schatz achte/ gekehret/ u. meinen lieben Psalm/ Psalmū 118 intelligit, für mich genommen/ das schöne Confitemini, weil ich hie in der Wüsten so müßig siße* f. 1577. sq. T. 2. Ep. p. 55. 79. a. 107. b. ob dignū hoc Christiano labore op9 *versionis*, quid mirum, quod desiderium concepit Pathmo prope Ilenacum ipsa *exeundi*, ad cōmunia studia? *magnum & dignum opus est, inquit, quod nos omnes laboremus; cum sit publicum, & publicæ salutis donandum* Responde (Amsdorffi) *super hac, quid sit spei. Non opto, ut totus & omnino lateam, cum hoc sit impossibile, sed ut sciatur me velle latere, vel nesciatur me velle apparere. arbitrator enim hac ratione satisfieri timidisque & malis, cum senserint, me latere velle.* T. 2. Ep. p. 456. de quo consilio singularia, sis, lege in Fr. Lamberti Avenionensis Tr. 5. *de Prophet.* p. 189, 193. sq. 176. \*

\* *Circa idem tempus noster ita de versione vulgata: non quod ideo damnandum censeam, aut ecclesiam Dei calumniari velim, quod usa sit translatione hac tanto tempore-. quando multa sunt,*  
opz



*opti ne quoque reddita, quorum tamen sensum nondum habuit  
 & explicavit ecclesia; Ut sunt Prophetia Christi & Apostolorum  
 de novissimis temporibus. quis enim in ecclesia intelligit illas? &  
 tamen verba sunt proprie reddita. quin quis dubitet, ecclesiam  
 habere sensum proprium hujus loci, etiamsi ignoret, eundem hoc  
 loco significari? id quod in multis aliis accidit. quid enim non ha-  
 beat, quæ spiritum Christi habet? cui non sit necessarium, omnem  
 locum Spiritus in Scriptura nosse. hæc dixerim contra morosos,  
 qui statim ut aliter, quam receptum est, quippiam fuerit inuen-  
 tum, calumniam ecclesie interpretantur. Nos aliorum industrias  
 laudamus, sed & nos in partem agri dominici excolendi, non tan-  
 tum vescendi gratia vocatos arbitrari debemus. T. 2. Ien. L. f.  
 173. 255. [T. 8. Jen. G. f. 135. a.]*

§. XXXVI. Neque alio consilio inter tot Latina, scribere toties Germanice maluit, nisi ut & testatum faceret omnibus, quanto flagraret zelo, Germanis suis natus, purioris Theologiæ practicæ mysticæque, universonum atque singulorum cordibus imprimendæ: *vellem enim & vos aliquid pro verbo facere, vox clamantis Lutheri est in deserto, bella cum Latomo devolvens ad Iustum Ionam; ut ego feriatas, & vulgo misero aliquando servire possim* T. 2. Jen. g. f. 411. maximopere dolens, si, quæ edebantur vernacula in gratiam populi, negligenter, ut fit, atque sordide excuderentur T. 1. ep. p. 363. ne dicam, quam graviter, quàm solícite Islebio institutionem *puerorum* commiserit, & Melanchronem urgeri voluerit, ut se absente, & spe reditus sui dubiâ, (ita Luthero tum videbatur) sitienti plebecula regnum dei prædicaret in ipso Academico collegio, & ad morem *prisca* ecclesie; cujus alias, *prisca* nempe consuetudinis, studiosi videri Romanenses cupiunt. *ibid.* p. 357. sq. 221. 326. 332. Seck. f. 177. Nehem. VIII, 1-8.

§. XXXVII. Nos quidem, ut ex universa, ita & præpue



cipue ex nostra Pathmi historia, compertum habemus atque exploratum, tantum abfuisse a Luthero, ut ad ejus mentem pergeret populus in *solis* rebus *externis* humano more acquiescere, aut super humanis figmentis digladiari, ut falsâ potius indulgentiarum Papalium pace, optimo animo impugnatâ, vera pax cordis vere contriti vindicaretur, & renovaretur *solida pietas*. Siliceret constitutos limites argumenti transcendere, ex primis initiis enarrari & confirmari omnia possent, quæ de Lutheri ad *pacificam* Theologiam procliviore animo docuimus. Natalis Alexander T. 23. H. E. sentit iniquissime, *Lutherum* non scripsisse serio de pietate, sed *expositione decem preceptorum, Tesseradecade consolatoria, explanatione orationis dominice*, aliisque de pietate scriptis (quæ Gallus ille nævo chronologico omnia refert ad annum 1521, etsi tesseradecadem ex Pathmo ipse autor commendat) pietatis laudem aucupatum p. 462. Neh. VI, 7. 12. sq. Joh. VII, 12. 25. Ex. V, 17. Hof. VII, 15. Adeo Gallos istos hodie non minus pudet ineptiarum, quam olim Italos & Germanos Monachos, & nunc multos in Germania istorum similes!

T 2. Jen, L.  
f. 412. b. §.  
hic 413. §. al-  
terum. Seck.  
l. i. hist. L. f.  
149. (g)

§. XXXVIII. Videtur autem Maimburgius Gallus duo argumenta statuere in contrarium. unum, quod ex Pathmo *suos confirmare* aggressus est multis *novis libellis* subinde editis; alterum: quod tot *polemica* scripta perrexerit emittere. Prius nihil in se habet vitii, quando de causa bona constitutum est. 2. Petr. I, 12-15. Act. XIV, 22. XV, 32. 41. XVIII, 23. Efr. V. tot. 1. Sam. XXII. 13. 15. XXIII, 16. *confirmare* utique Wittebergenses suos, quotquot inter eos divina luce collustrati erant, bonum Pastorem decebat, *das arme Häufflein Christi zu Wittenberg*/nec unquam heroëm nostrum puduit tenerioris

F

in



in Wittebergam suam affectus T. I. ep. p. 330. b. 356. b. 357. 367. T. 2. NB. p. 15. - 36. amicos & alios *epistolis* familiaribus (quas non immerito commendat Pappus H. E. p. 110. quasque thesaurum efficacissimarum consolationum Melch. Adamus p. 140. appellat) *confirmare* par erat, metuens, ne *abscessu suo abscesserit simul communio amicorum*. Col. II, 1. 2. 5. 1. Thess. II, 18. absque tamen factiose mentis, aut captatae auræ popularis ulla specie. Luc. XIV, 25. 26. Joh. VI, 15. VII, 33-35. nam & in Pathmo, (unico ut exemplo constet animi ejus integritas,) ad Spalatinum, qui tantum valebat in aula Friderici, literas exaravit inusitata libertate; & ex Pathmo redux licentiam populi, ceu reformatione evangelica prorsus indignam, cœercere perrexit.\* adeo ut tandem ipsâ suâ Wittebergâ, in quam, velut Ephesum quandam, alter hic Johannes ex Pathmo desiderabundus reverterat, ad tempus, propter lasciviam civium & Studiosorum *Wittebergensium*, excederet, & difficulter revocari eo posset. Ezech. III, 27. 21. 8. XII, 4.

T. I. ep. p. 325. b.

ibid. p. 364. 329.

\* Job. Fecht. de H. E. sec. 16. ubertate & fructu lit. B. & B. Seckendorff. *Fridericiana nostra illustris quondam Cancellarius* l. 3. Hist. Luth. f. 581. Tomo 2. Jen. G. Luth. quo varia sunt inserta ad Pathmi historiam spectantia, premissa est B. viri seria increpatio: so fahre auch hin/ du edles zartes Früchtlein wir sind leicht geschieden. wir können dich nicht halten: so wiltu ungehalten seyn. so singen wir mit den Engeln über Babylon: wir haben lange an Babylon geheilet / aber da ist kein heilen. darumb lassen wir sie fahren / und ziehen davon. Es. LII, 11. Ier. LI, 9. 2. Cor. VI, 17. Ioh. VII, 33.-35. 53. VIII, 1. 21. 22.

§. XXXIX. Illorum etiam noster meminerat Bohemorum *sententia*, qui agentes cum ipso de reducenda *disciplina evangelica*, testabantur, se non posse rebus nostra



stratium bene ominari, quamdiu per illorum *scholas* & *academias* tantam scientiæ, tantillamq; conscientiæ viderent suscipi curam. Noverat profecto vir Dei, quomodo distingui possint munia; sed & id noverat, quanto periculo *sapientia* (seu *eruditio*) & *religio* seu *pietas* vulgo *disjungantur*, ceu *longe discreta*; ut alii hac disjunctiva ratione, *professores* scientiæ esse velint, alii *religionis antistites*. ubi autem *Sapientia* cum *religione* *inseparabili nexu* cohæret: utrumque verum esse necesse est, quia & in colendo sapere debemus, id est, scire, quid nobis & quomodo sit colendum; & in sapiendo colere, id est, re & actu, quod scierimus implere. agnoscent pie eruditi verba ipsissima Lactantii l. 4. *de vera sapientia & religione* c. 3. l. 1, *de fals. sap.* §. 1. l. 3. §. 11. 12. ea certe amplectentur ambabus manibus, quotquot boni sunt scholarum magistri, quotquot bene volunt Academiis, quotquot sunt S. S. Theologiæ professores idonei, quotquot Lutheri \* successores vere sunt; amplectentur, ut bona studia non rejiciant. nam satis caute scripsit ex eremo sua, utrumq; tractatori Scripturarum necessarium esse, magis tamen spiritum, quàm linguam. T. 2. Jen. L. f. 225. sapientia est, cujus principium timor Dei, quæ intellectum dat parvulis, & sapientiam sapientum reprobatur. *ibid.* & f. 256. cum agnovisset ingenuus vir varios nævos commentarii sui in psalmos, *verum non nihil in illis est*, addit absque fastu, *spiritualis eruditionis & revelationis, de qua, qui pius est, gratias agat Domino Jesu Christo, qui est lux nostra, benedictus; Amen!* si licet, addimus, quæ eodem tomo de psalmo 15. pronunciat, esse illum unum de *facillimis* simul tamen *inintelligibilem* iis, qui *gratiæ notitia non sunt premuniti*, qui *peccati scientia inanes*, *librum arbitrium illic solummodo considerant.* f. 157. b. 127. qui non modo exemplo & autoritate, sed & *verbo* nocent subjectis, dum aliud nec docent,



*nec doceri sinunt, nisi quod quæstum vel auget vel servat,*  
f. 154. Matth. XXIII, 13. Luc. XI, 52.

Effecerunt haud dubie talia Lutheri monita, ut a  
sophistis suspectus redderetur contemptus non philoso-  
phiæ tantum, sed & *interpretum, commentariorum, Systema-*  
*rum, compendiorum &c.* constat id ex Sleidano, l. 3. ali-  
isque probatis historiographis. verum enim vero gra-  
vissima fit injuria Luthero iisque, qui sequuntur eum ve-  
ræ eruditionis studio. præfixa est *commentario* Brentii in  
Prophetam Amos Lutheri epistola, quam emisit ex ere-  
mo Coburgensi, unde constat de Lutheri mente circa  
hoc constantissima. *non Brentium, sed Spiritum prædico,*  
*qui in te suavior, placidior & quietior est. - non quod illustribus*  
*patribus detrabere velim, sed quod putem admonitos omnes o-*  
*portere, ut patrum scripta cum judicio legamus, secundum il-*  
*lam regulam Spiritus S: omnia probate. - verum hoc donum*  
*Dei præ cæteris, in te singulariter amo & veneror, quod JUSTI-*  
*TITIAM FIDEI tam fideliter & sincere urges in omnibus scri-*  
*ptis tuis &c.* quoties, quæso Lutherus laudavit *commen-*  
*tarios* Melanchtonis, quod eos non tam *commentarios*  
*vulgares existimari vult, quam indices legendæ Scripturæ,*  
*& cognoscendæ Christi.* simili ratione ac fide parens eruditio-  
nis in tota Germania Melanchthon præf. in T. 2. Witt. no-  
tanter judicat, quod Lutheri versio, V. & N. T. tam sit  
perspicua, ut vice *commentarii* esse possit ipsa *germanica*  
*lectio.* Noluisse enim Lutherum detinere Christianos in  
suis scriptis, sed ad *fontes* deducere omnium mentes.  
Ipsam *vocem Dei* audire nos voluisse, hac voluisse in multis  
sq. D. Breit- *accendi veram fidem & invocationem, ut Deus vere celebra-*  
*retur, & multi fierent heredes vitæ æternæ.* conf. F. C. p. 635.  
668. 688. 698.

Churf. Au-  
gusti von  
Sachsen  
Kirchen-  
Ordnung  
Tit. von Ex-  
amine f. 83.  
193, 198. sq.  
290. sq. 382.  
sq. D. Breit-  
haupt orat.  
inaug. de Re-  
form. Evang.  
natura & in-  
dole.

\* Luth.



\* *Luth. 3. Dominica Adventus edit. Luneb. agit de questione, an absque scandalo accepto possint corrigi vitia academiæ ejusmodi?*

§. XXXX. Adscripta *polemica* quod attinet ex Pathmo emissa, neque ea adversus ejus temporis rationem & bonum ecclesiæ pugnare judicanda sunt. Inventus enim & nonnisi coactus, ac torrente rerum istius ævi abreptus, denuo prodiit in medium pro bono ecclesiæ, cui sese subducere, ipse quantumvis subductus nefas ducebat. quo pertinet illud Lutheri in Latomum; *suspitor, hominem credidisse, Lutherum aut e medio sublatum, aut perpetuo silentio damnatum esse, quo rursus publicum occuparent tyrannide sophistica.* T. 2. Witt. Lat. f. 213.

Librum *de confessione secreta* Maimburgius primo loco exagitat; cujus ex libri proœmio decerpisse sufficiat id unicum: *ich habe oft Friede angeboten - geschrien und gelauffen / zu Antwort mich erboten / habe disputirt / bin nun auff zweyen Reichs-Tagen erschienen. es hat mich nichts geholffen. da hat kein Recht / sondern eitel Trevel und Gewalt mir begegnet / nicht mehr / dann wieder ruffen / aufgeleget / und alles Unglück gedrawet - ich kan nicht mehr thun / ich bin nu von dem Plan geschupfft.* coll. T. 1. Jen. G. p. 501. T. 1. ep. p. 230. 27. 339. T. 2. Jen. L. f. 257. sq.

Librum *adversus missas priuatas* compositum, fratribus suis Augustinianis Wittebergensibus, quos illas abrogasse audierat, *ad firmandos & consolandos infirmos, in isto, velut angulo terrarum* dedicavit T. 2. Jen. L. f. 441-467. confirmavitque in literis ad Spalatinum *ob presentem perditionem animarum*, in arce etiam, in ejusmodi priuatis missa se observatam T. 1. ep. p. 345. 362. 365. *Publicam*



eucharistian ibidem sic vult celebrari, ut convenient e-  
suriens & sitientes, id est, piæ & afflictæ conscientia, quæ a peccatis optent sanari, *exclusis iis, qui palam secundum carnem ambulant.* T. 2. Jen. L. f. 459. b.

Eadem ratione *episcopis & diaconis* ecclesiæ Wittebergensis, de *voto Religionum disputantibus*, Martinus Lutherus *servus ex Pathmo*, cum ad gratulationem misit theses 139. queis, præter mystica nonnulla n. 20. 21. & alia ex intimiore theologiæ thesauro petita, de *voto* Bernhardi & Francisci n. 78. 79. 80. 123. ex historica ecclesiastica talia attigit, quæ modestiam iudicii satis nobis approbant. \*

\* *Habentur hæ theses in peculiari libello Wittebergæ 1558 notabili cum Lutheri præfatione excuso T. 1. Witt. L. f. 374. & T. 1. Jen. L. f. 490. nisi quod in Jenensi tomo L. verba (ex Pathmo) sunt omissa, & quod ob minus apte tempori respondentem insertionem, hætenus tam frequens earum mentio, quod sciam, facta non est in hac historia. confer, si placet in libello Fratris mei von der Erlösung/ subjunctas notas historicas p. 9. in quibus ipsis p. 10. - 15. 27. - 35 sequuntur complura testimonia Lutheri de salute, (quam jamjam habent renati, salva illa futura salute, quam expectant) & testimonia quidem ex Pathmo talia, quorum usus hodiernum est valde necessarius.*

§. XXXXI. Mire facit huc præfatio scripti locupletioris *de votis monasticis* ad Joh. Lutherum Patrem, quo hic intelligat, *quantis signis & prodigiis* (quicquid illudat Bossuetus) Christus expertum ipsum *absolverit a laqueo*, ut multis aliis filiis suis consulere per eum incipiat. in epilogo *per Christum oro*, inquit, *omnes, qui desertâ monastice libertati sese reddere voluerint, ut ante omnia suam conscientiam probent, ne forte hoc tentent novitate rei allecti,*  
aut



aut solo hominum contemptu vel odio T. 2. Jen. lat. f. 478. sq. 514. b. quid, quæso, sanctius & circumspectius dici potuit? præsertim si conferas, quæ scripsit hanc in rem ex Pathmo T. 1. ep. 35. b. 363. b. 365. b. neque tamen evitare potuit, quin Natalis Alexander, ea ipsa, quæ Lutherus eo scripto de Bernhardo repetiit, & circa Hieronymum ex H. E. recte monuit, contra Lutherum converteret T. 23. H. E. p. 465. 432. si placet, lege memorabilem historiam de Joh. Hilten Isenaci ante Lutherum ea propter crudelius habito, in apol. A. C. p. 276. (p. 278. 300. sq. laudatur ibidem liber de votis monasticis) T. 7. Jen. G. 254.

Adeo tantum non tædet reliquis scriptis *polemicis* percensendis, adversus Ambrosium Catharinum, qui postea concilio Tridentino interfuit, adversus Parisienses, & alios insistere ulterius. de quibus adversariis noster censet, non sic excæcaturum eos Christum, nisi, permitendo cæcitatem malorum, consulere rebus bonorum statuisset. T. 1. ep. p. 341. 2. Tim. III, 9. 13. Oremus igitur; ut Deus & Pater D. N. J. C. aliquando nos revisat, secundum omnia mirabilia sua, & ostendat illum, quem promisit, diem adventus gloriæ Filii sui. T. 2. Jen. L. f. 378. 246. Der Oster-Tag wird uns auch kommen / so wollen wir dann singen / Alleluja. es muß eine kleine Zeit geschwiegen u. gelittē seyn / ein wenig / so sehet ihr mich nicht / und aber ein wenig / so sehet ihr mich / sprach Christus. ich hoff / es solt auch also gehen. doch Gottes Wille / als der allerbeste / geschehe. T. 1. Jen. G. f. 454. b. (Jer. XXXVI, 26. 28. sq. Neh. VI, 11. Judith. V, 24. 27. XIV, 12

§. XXXXII. Neque profecto nihil est, quod cum S. Johanne in eremo, mulierem illam Apocalypticam in  
otio

Apoc. I, 9. 10.  
18.

Apoc. I, 9.  
coll. XVII, 3.  
XII, 6.



otio illo negotioso propius in spiritu contuitus, toties lamentabatur: *ego hic sedens tota die faciem ecclesiae ante me constituo, & illud video Ps. 88. nunquid vane constituisti omnes filios hominum? Deus, quam horrendum ira Dei spectrum est, abominabile illud Romani Antichristi regnū! quare tu, verbi minister, Melanchtonē Professore Academicū alloquitur interim in sta, & munito muros & turres Hierusalem, donec & te invadant. vocationem tuam & dona agnoscis.* p. 324. 330. Denique cum Latomus aliique toties objicerent, eum ab initio scripta sua Papæ & Universitatibus *submittere*; qualibus præjudiciis hodiernum innituntur Maimburgius, Natalis Alexander T. 23. H. E. p. 466. & Bossuet. T. I. *des variations* p. 24. 25: non poterat non, liberaturus se à suspicione doli & malitiæ, (Matth. II, 9. 12. 16.) profiteri tunc aperte ac demonstrare, quam saniora longe judicia ab iis serio tum præsumperat. Hiob. XXXII, 7. sq. T. 2. Jen. L. f. 257. 244. Es. XXXII, 3. sq. XXIX, 18. sq. Luc. XXIV, 20. Act. XXVI, 9. 10. sq. IV, 9. 10. 1. Cor. I, 20. 12. IV, 3. Sir. IV, 30. XXXIV, 14. Ps. CXVI, 11. neque in causa ovium Christi ipse solus, cum spe sua de universitatibus concepta excidisset, & adversariis suis quidvis liceret scribere, intra silentii limites coërceri volebat. T. I. Ep. pag. 364. conf. §. 23. Amos V, 13. Act. IV, 9. 10. 19. sq. Hiob. XIII, 19. 5. coll. XV, 10. sq. Joh. XVIII, 20. 22. 23. \*

T. I. Ien. L. f. 192. a. 210. b. 487. b. T. 2. f. 380. a. ad primum 382. a. Seckl. 1. hist. Luth. f. 86. b. oben 188. (c) 51. (3)

\* Papa Paulus III agnovit 1535, Cardinalem Cajetanum acquiescere debuisse, cum promitteret Lutherus silentium, si modo silere, pariter serio juberentur indulgentiarum apostoli, Patroni dissolutarum absolutionum.

§. XLIII, Dubitamus quoque, an futurum sit operæ pretium, animadvertere in splendidas illas lautitias, quibus partim Lutherum in Pathmo, partim Pallavicinus c. l. f. 44. partim Maimburgius quodammodo dolent. Matth.



Matth. XI, 19. Act. XVII, 7. Pf. XXXI, 9. 1. Sam. XX, 36. XXII, 13. forsan jucundum est & utile, hac occasione pertexere historiam Lutheri, qui adolescens pauperculus A. 1498. in Isenacensem Scholam missus, in Cottarum familia hodiernum superstite, hospitium adeptus, factus postea tantus veritatis confessor, tantus præco pænitentiae & evangelii, per Isenacum languido corpore tendens Wormatiam, proscribitusque, prope Isenacum receptus & absconditus est, sub nomine Georgii nobilis, **Junker George** / adstricta alvo longum per tempus laborans. quæ valetudo, ut solet, varie mentem ejus affecit, forte & ideo molestari se a Domino ominantis, ut ex ista eremo in publicum raperetur T. I. ep. p. 335. gratias scribit, Christo, qui me sine reliquiis S. crucis non derelinquit ! p. 356. b. excurrit nonnunquam reficiendi corporis gratiâ, & quid in venationes heroum serio luserit, legi ibidem potest, si vacat. p. 350. b. sq. acceptis a Taubenheimio centum, & a Schartho quinquaginta aureis, metuere incipit, ne Deus hic premiet, nolle se sic satiari. p. 333. ex tali animo frugali & superfluum victum averfante, interpretanda ex æquo est querela Lutheri de se crapuloso insolitudine; ut is ipse, verborum suorum interpres, indignabundam eam hyperbolen, apte non minus quam candide παραφράζει: tractat me vir loci hujus ultra meritum longe. ego hic otiosissimus & negotiosissimus sum p. 334. modo tandem non sim onerosus & molestus his hominibus, p. 350. b. Philipp. IV, 11. 12. sq. quæ de variis tentationibus passim conqueritur in solitudine, summatim ipse bono exemplo complectitur vir, sui ipsius omnium acerrimus censor. adhuc sum stertens & otiosus adorandum & opponendum, ut mihi vehementer displiceam & onerosus sim. forte quod solus sim, & vos me non

G

ju-



*juvetis. oremus, quæso, & vigilemus, ne in tentationem intremus p. 356*

*Job. VIII,  
48. 22. 59.*

§. XLIV. Qua vero ratione, ex chronologia historica Pathmi, & ex descriptione *tentationum*, eo tempore usitata, solide confutari possit inepta illa, a Natali Alexandro c. l. p. 433. 490. & hoc ipso anno ab illo Eisenhuet in sua *defensione* J. Tezelii p. ii. repetita milliesque ab aliis repetita fabula, de Lutheri magistro Diabolo, post Höpfnerum in Saxon. evangel. p. 57. amplissime ostendit V. L. à Seckendorf. in *diss. hist. de Missa* contra Cordemojum Abbatem Gallum a B. Sagittario edita p. 37. 39. 46. sq. 55. 81. cujus refutationis compendium ipse illustris autor *ἡ ἐν ἀγίοις* exhibet in *Hist. Luth.* l. i. f. 168. Recensetur ibidem *verus* sensus Lutheri doctrinæ de libero arbitrio naturali, cujus fiduciam ex *ethica* gentilium transferri in *theologiam* doluit, de *ἀδυναμία* servandæ legis naturali, de *natura & gratia*, aliisque capitibus, *perversæ expositioni* obnoxiiis. contra Latomi cavillationes, Catharini, Parisiensium, Maimburgii aliorumque a f. 161. usque 191. de capitibus doctrinæ, inquam, *perversæ* interpretationi obnoxiiis. quid enim aliud nostra doctrina esse potest in oculis *impiorum*, quam mera *contradictoria*, cum exigat & damnet *opera*, simul tollat & statuat *ritus*, simul magistratum colat & arguat, similiter *peccatum* asserat & neget? Lutherus ex Pathmo Coburgensi quærit eruditissime. 2. Petr. III, 16. Prov. XXVI, 9. Ezech. XX, 49. Zephan. III, 4. 5. 1. Joh. II, 21. Joh. XII, 34. Rom. III. 8. VI, 1. 15. VII, 7. 13. IX, tot. 1. Tim. I, 8.

§. XLV. Sequitur tandem *egressus* Lutheri ex *Pathmo* Isennacensi, & reditus in Wittebergam suam, (non tam ille ad tempus quoddam per breve, cum aliquan-



quando, paucis consciiis, ex arce Warteburg Wittebergam excurrit, pro tenerrimo in oves affectu suo, hospitio Amsdorfii usus, clam Friderico Electore, dies aliquot cum amicis jucunde transegit, donec *reverteretur ad eremum suam*, uti constat ex T. I. ep. p. 367. sq. Matthesio c. l. p. 32. & B. Seck. p. 183. b.) quam *publicus* ille *reditus*, cum latuisset a quartâ Maji A. MDXXI, ad quintam fere diem Martii usque MDXXII, & Wittebergæ *permanere* rursus induxisset animum. quo de reditu si sanum moderatumque ferri velit iudicium, affectus vere *pastorales* & interiora Lutheri consilia animadvertere oportet. 2. Cor. V, 13. Gal. IV, 12. Judæ v. 15. Obstare videbatur Friderici Electoris autoritas, *Josia*, ut vocat, ejus temporis, *bonis omnibus suspiciendi*, quem *involvere* causæ parcebat. T. I. ep. p. 228. a. 271. a. T. 2. epist. 10. b. T. 2. Ien. L. f. 467. b. postulabat ergo subjectio & pietas, ut suum ex Pathmo reditum excusaret principi optimo. quod & factum T. 2. Ien. L. f. 515. sq. 248. & T. 2. ep. p. 46. sq. legitur, idque, ut Chytræus quidem suo tempore loqui non verebatur, verbis diviniorem cordis *εὐθυσιασµὸν* spirantibus L. 10. Saxon.

Pallavicinus c. l. f. 61. n. 17. refert *durius* illum ab Electore accepisse responsum, ob imminencia utrique pericula; at Lutherum *satis expertum*, *se jam* Saxonis animo *potitum*, rescripsisse, *Dei negotia rationibus humanis* expendenda non esse &c. hæc profecto strictura \* plane indigna est Christiano, nedum theologo. Equidem parrhesia singulari & stupenda in tantis angustiis usus est; cujus momenta assequi non est omnium. Sed vereor, ne cum rationibus *humanis*, *Dei negotia* contemptius ita, & cum irrisione aliqua collidantur. quod



non potest non maximo damno & scandalo esse mortalibus, *humanis* divina revera plusquam prompte postponentibus. tantum enim non est malum, factum quodam ipsum *singulare* non capere, quam id tali ratione illuforiâ perstringere. quasi vero parvo constitisset Lutherum erumpere in ejusmodi verba, ad suum Principem: *quid faciam? urgent me cause inevitabiles.* *DEUS cogit & vocat.* neque tamen Pallavicinus omni sua racione humanâ, meliorem, quam ferebat humanus ejus affectus & carnalis indoles, epistolæ Lutheri epitomatorem in historia sua agere potuit. at legatur *tota* Lutheri ad Electorem epistola, ut exhibet eam integro ordine B. Seck. l. c. f. 195. 216. (K. l.); & quidem collatis *primis* Lutheri de reditu suo litteris: confido, aliam longe epistolæ analysin emerfuram. Sane Fridericus ipse, quem causa proprie attinebat, *Dei* negotium ab *humanis* rationibus, & inusitata ad stuporem usque Lutheri libertate, cum tentasset omnia, quæ tentari in tempore ad avertendum reditum necessarium existimabat, secernere non dubitabat, Es. XXXVI, 7. 15. 2. Chron. XXV, 9. sq. Sirac. XLIX, 4. animo autem suo *potiri* Lutherum, tanto cum periculo non sivillet Princeps tam sapiens, nulli superstitione obnoxius, nisi *Deum* timuisset. quo Deo solo Lutherum confidere, non seculari brachio, patefieri oportebat, ne tribueretur hominibus, quod erat supremi Numinis.

\* *Digne Lutherus de suspicacibus suis adversariis, in explicatione Ps. 118. cujus supra p. 39. mentionem fecimus: sie dachten nicht anders/ unsere Lehre stünde auf Herzog Friederichen/ und unser Trost und Hülffe wäre Menschen Trost und Fürsten: Hülffe. solches nahmen sie bey ihnen selbst abe. Denn gleich*



gleich wie sie/ verzweifelt und avtrünnig von Gott/ allen  
 Trost und Hülffe auf Fürsten und Herren setzen: so meins-  
 ten sie/ wir thäten auch also. - da Herzog Friederich von  
 Sachsen lebete/ der theure werthe Fürst/ des man nicht  
 vergessen soll: Da trösteten sich beide geistl. und weltli-  
 che Tyrannen/ auf seinen Tod/ und sprachen: es ist umb  
 zwey Augen zuthun; wenn dieselbige zu sind/ so lieget des  
 Luthers Ketzerey auch. *Esr. IV, 5. 6. sq. VIII. 21. 22. IX, 9. Ps. Juvieu l<sup>p</sup>  
 XLI, 6. CXLVI, 4. Esth. IV, 13. Dan. VI, 23. 2. Sam. XXII, 19. 20. hist. C. T. p.  
 37. Es. XXXVI, 15. 21. XXXVII, 10. 14. Ebr. XI, 23. sq.* 226.

§. XLVI. Sciunt & ipsi Romanenses, quid Luthe-  
 rus non in *soliis Friderici* aurem, sed coram ipso Cæsare,  
 & ordinibus imperii Germanici Wormatiæ 1521. circa  
 d. 18. Apr. modeste admonuerit ex sacris literis; maxi-  
 mum imperiis periculum tunc incubuisse, cum *humanis*  
*tantum consiliis* atque prudentia civili resp. fuit admini-  
 strata. se quidem gaudere, dum videat doctrinam multis  
 offensionibus reddi obnoxiam, *propterea* quod proprium  
 hoc sit evangelii, *Christus* ut, ubicunque doceatur, gra-  
 vissimas contentiones excitet, etiam inter eos, qui natu-  
 ræ vinculis, & sanguine sunt conjunctissimi. Matth. X, 34.  
 Luc. XII, 51. sed dandam esse operam, ne Cæsaris *imperi-*  
*um* nuper susceptum & initum *fiat inauspicatum & in-*  
*felix.*

§. XLVII. Maximopere præterea contendunt, una  
 cum Pallavicino (f. 62,) Bosuetus, (T. 1. Var. p. 39. 56. 57.)  
 Natalis Alexander (T. 23. H. E. p. 466. 493.) Maimburu-  
 gius, similesque; pro autoritate sua *arroganter* exæstuas-  
 se Lutherum, quod Wittebetgæ *se absente* Carolstadius  
 aggressus quid fuerit; veritum hoc pacto *nomini* suo ali-  
 quid *derogatum* iri. Sed constat, vel ex Pathmi historia  
 intra quam nos continemus, quid ex æquo & bono cen-  
 se-



feri possit. laudaverat Lutherus ex eremo Augustinianos quod *se absente & inscio* missas privatas abrogassent. gaudeo Wittebergam crescere *hoc maxime nomine*, quod *me absente* crescit, ut videat impius & fremat & desiderium, ejus pereat, Christus autem perficiat, quæ incepit. unum non credo tibi, (Melanchton) nempe quod scribis, vos errare *sine pastore*. hoc enim esset omnium tristissimum & acerbissimum auditu. donec enim tu, Amsdorfius & alii, adestis, *sine pastore* non estis. noli sic loqui, ne Deus irascatur, quod *me* extollis nimis. ego sic gaudeo de vestra abundantia, ut mitissime feram *absentiam mei*. Coloss. II. 5. I. Cor. XV, II. III, 22. taliaplura e Pathmo scripta T. I. ep. p. 331. 335. 338. 340. 356. quibus negare nolumus Lutherum hominem errare *potuisse*, qui ipse tam ingenue alia in causa *partim tentatus, partim indignatus, scripsisse se* excusat T. I. ep. p. 365. I. Sam. XXVI, 19. 20. neque dicimus, omnia in Luthero imitanda esse. ejusmodi autem arrogantiam, viro eique tam bene merito, quis bonus tribuat, sine certissimis indiciis? viro, inquam de quo notum est, quo sensu ægre tulerit, *Christianos* velle vocitare semet ipsos *Lutheranos*, a se & suo nomine. Viro, cui nunquam venit in animum, erigere ullibi *catbedram Lutheri* infallibilem aut supereminentem; sicuti Romanenses *Cathedrâ Petri* superbiunt. nam non leve quid foret, sed summa malitia spiritualis, vicina tandem peccato in Spiritum S. si quis omnibus iis obsistat præfractæ, quæ *ipsum autorem* non habuerint, & ideo rem persequatur unice, quod absque ipsius geri videatur auspiciis. (Sir. XX, 24.) hisce compares, B. L, non tantum, quæ de summo dolore ex *intestina* Wittebergæ suæ discordia; quæ de precibus & imploratione Wittebergenfium, ut rediret, quæ



quæ & de aliis ad Fridericum, aut ad familiares, de Carol-  
 stadio creberrime \* jam ante reditum, aperuit; sed & ea  
 quæ dixit in septem homiliis, a dominica *Invocavit* usque,  
 per omnes Septimanæ ejus dies habitis, ex Pathmo re-  
 dux. verbi gratia: ich bin ja so fern nicht von euch gewe-  
 sen / ihr hättet mich je mit Schrifften könt erreichen / ich  
 meyne euch herzlich / als ich meine Seele meyne. ich darf  
 wohl und frey sagen / daß mir meiner Feinde keiner so viel  
 leides gethan / als eben ihr meine Freunde / bey denen ich  
 doch einen Rückhalt und Trost (so viel Menschen zu-  
 ständig) solte haben. doch wirds **GDZ** noch alles zum  
 besten schicken / wo ihr nur folgen wollet. T. i. Isleb. f.  
 83-97. Fiat tandem hæc ipsa gratia nobis omnibus, no-  
 stro hoc tempore turbulentissimo, a DEO PATRE om-  
 nis misericordiæ, per FILIUM mediatorem, in SPIRITU.  
 S. unico consolatore nostro! Amen!

\* Videtur Lutherus ad Carolstadii res respicere, quando ad Psal-  
 mum 22, cujus expositionem complevit circiter mensem Iulium  
 in sua Pathmo, ex improvise fere adnotavit: ego video quosdam  
 „satis morosos, qui, ut quæque arduissima elegerint vel audie-  
 „rint, ita statim ea sola passim coram omnibus jactant, tantum  
 „ut nova & mira afferre videantur. nullo prorsus habito neque re-  
 „rum neque auditorum, neque locorum delectu & respectu. quo-  
 „rum intempestiva sapientia, dum non sapit ad sobrietatem,  
 „plurimos sine causa offendit, & verbo ac ministerio nostro non  
 „parum vituperii parit. qui si in mensura donationis suæ servi-  
 „rent Christo, haberent abunde, quod utiliter docerent & multi-  
 „formem Dei gratiam, sicut boni dispensatores, honorarent. fe-  
 „cerunt ii sane, ut inceperim timere & tædere, in iis versari, quæ  
 „communem captum excedunt præsertim quæ scitu necessaria a-  
 „deo non sunt vulgo. scimus quidem theologiam esse omnibus fide-  
 „libus communem debere. sed rursus scimus, alios lactis esse par-  
 „ticipes tantum, alios capaces solidi cibi, & unam eandemque  
 ver

Sek. l. i. f.  
 198 (a) 316.  
 216 (g-n)  
 193 (e)



Ag 5844<sup>a</sup> OA

veritatem capi diversis modis. quos omnes attemperari omnium  
capacitati possibile non est, cum interim tamen ipsa veritate  
non fraudentur. Paulus etiam infirmos, ceremoniarum scrupulis  
vexatos, non vult robusta fidei exemplis & doctrinis offendi.  
sed quid moror? longum iter per praecepta, compendium  
habet Charitas, quae facile nos omnia in omnibus erudiret. ha-  
bentur haec T. 2. Lat. Ien. f. 1.227.250. quae recte uti si cupias, non  
abuti, ut saepius fit: necesse est, ad nucleum usque penetres sen-  
tentiae. nota igitur in genere, quod ad recte interpretanda quo-  
rumcunque Scripta id praecipue requiritur, ut cognita sit auto-  
rum perpetua sententia, totusque rei ductus, & integra  
series, cui postea congruat applicatio.



100/11

m.c





ium  
ate  
ru-  
fen-  
lium  
ba-  
non  
fen-  
quo-  
uto-

ULB Halle 3  
004 965 85X  










cognomine  
ministris qui  
etui hostium  
*Pathmum* sua  
calypsin Ioh  
profitetur ip  
„501. daß ich  
„meiner Pat  
„calypsin gef

\* *Alio sic n*  
*Pfessinger*  
*rolum in i*  
*Comitiis*  
solution  
es möcht

§. IV

illam *Coburg*  
MDXXX, te  
Confessionis  
sto esse posse  
consilio uti v  
sa illius *Path*  
dicti *Worm*  
rum intrare  
peratoris qua  
bere videri ir

\* *Matthese*  
seinem *Pa*  
*Tom. 5. Ies*  
*b. 121. a. 12*  
eo tempore  
*Chytræo* &  
*Wieneris*  
*sio. in der*

adatisimi,  
us, conspe-  
ductus est,  
m ad Apo-  
pectu, ceu  
ickingen f.  
ten / und in  
ach ein Apo-

rem per Deg.  
pper. qui Ca-  
8. Augustæ in  
sibusque ab-  
g bewahren  
ffte.

*Pathmum*\*  
m annos,  
Augustanæ  
uit, ut præ-  
idem ejus  
anc, ex cau-  
adhuc vi e-  
Vindelico-  
sius Impe-  
ortum ha-

*Coburg* in  
T. 5. f. 166. &  
a. 118. a. 120.  
este *Burg* /  
ia notavit ex  
rlegung des  
stana confes-

§. V. Ut

